Quedam narracio de Groninghe, de Thrente, de Covordia et de diversis aliis sub diversis [1]) episcopis Trajectensibus. [2])

Capitulum 1. [3]) Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo primo tercio Kalend. Novembris in vigilia omnium Sanctorum [4]) consederunt in Groninge viri prudentes, fide digni, multa vigentes memoria, in curiis episcoporum Trajectensium nutriti, clerici et layci pulchre etatis, qui facta eorumdem episcoporum, quos ipsi plene noverant, et eorum, de quibus ipsi a suis majoribus vere audierant, in quadam seriosa collacione, prout res postulabat, ad memoriam revocabant, maxime de Groninghe et de Trenta et de Covordia. Et ea taliter narrare inceperunt domino suo Wilbrando Trajectensis ecclesie tricesimo septimo [5]) episcopo, qui ista diligenter inquirebat, ex eo [6])

---

1) In A. staat „diversis" en niet „diversibus", zooals Weiland t. a. p. bl. 401 beweert.

2) Hetzelfde opschrift had het handschrift van Matthaeus. In B. ontbreekt het.

3) In A: capitulum CXLIIII. Zie de inleiding.

4) Zie over deze tijdsbepaling de inleiding.

5) Aldus in A. In B. „vicesimo nono" en bij Matthaeus „tricesimo."

6) „Ex eo", dat zoowel in A. als in B. voorkomt, ontbreekt bij Matth.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maxime, quoniam [1]) ipse tunc temporis contra Covordenses et Trentones super morte domini et antecessoris sui Ottonis, episcopi hujus nominis secundi, quem ipsi, sicut infra patebit, crudeliter et nequiter cum multis nobilibus et honestis militibus in quadam palude interfecerant et ecclesiam suis bonis et juribus privaverant, per aliquot annos cum ipsa civitate Groninghe et cum tota sue dyocesis Frisia, que sibi fidelissime astiterunt, gravi bello laborabat; que in subsequentibus plenius vobis [2]) describentur.

Igitur ab istis taliter in dicta collacione vel narracione inchoatum est.

C. 2. De episcopo Herberto. [3])

Dominus Harbertus pie memorie Trajectensis ecclesie vicesimus quintus [4]) episcopus Covordiam et Trentam et Groninghe in multa pace possedit et in ipso castro Covordie residenciam fecit. Qui de Frisia oriundus, id est de Berum, duos fratres carnales habuit, videlicet Ludolfum et Leffardum; quorum exaltacioni intendens, majori prefecturam in Groninghe et minori [5]) castrum Covordie et jurisdictionem Trente et eis attinencia feodaliter donavit, in illo jure sibi et suis successoribus episcopis servanda, sicut plene dicunt et continent privilegia nova et antiqua.

Et nota quod usque ad hec tempora episcopi pro [6])

---

1) In A. qm̄, d. i. „quoniam". In B. is „quum" veranderd in „quoniam". Bij Matth. staat „quum".

2) In B. „nobis".

3) Bij Matth. „Harberto". In B. ontbreekt de indeeling in capitula.

4) Aldus in A. en bij M. In B. staat: XXI.

5) Aldus in A, ofschoon de letters slechts weinig verschillen van „juniori", welke lezing in B. en bij M. voorkomt.

6) Dit woord ontbreekt bij Matth.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sua voluntate omnia predicta suis nunciis et villicis sine omni contradictione committebant. Suis eciam temporibus ministeriales ecclesie super Tuentam prope Homersem in loco, qui Walstad dicitur, gravissimum conflictum fecerunt cum Ottone, comite Palatino Reni, qui Benthem possidebat, et eum tandem vicerunt et ceperunt. Qui taliter cum ecclesia composuit, quod ipsum castrum et suam proprietatem beato Martino contradidit et in feodo recepit eo excepto, quod episcopus [1]) sibi partem castri, in qua resideret [2]), infeodatam [3]) retinuit. Et, sicut plures sciunt, episcopus Harbartus [4]) et palacium et capellam in eo sibi construxit et quiete ista possedit; sed episcopus Balduinus [5]), frater comitis Ottonis de Benthem, ob amorem fratris et [6]) residenciam et aliud quodcunque jus ecclesie in hac parte non bene neglexit. Quod tamen a suis successoribus sepius est requisitum et tactum, sed nondum bene consummatum.

C. 3. De eodem.

Harbertus vero episcopus, ex quadam necessitate Romam proficiscens et inde feliciter rediens, Groninghe propter quosdam sediciosos in malo statu invenit. Ad quorum correpcionem ipsum oppidum potenter intravit et illos, qui armata manu se de ecclesia beate Walburgis defendebant, per machinas, sicut hodie in

---

1) In B. is „episcopi" verbeterd in „episcopus".

2) In B. is „resident" verbeterd in „resideret".

3) Aldus in A. Bij M. „infeodatum". In B. is de lezing twijfelachtig.

4) In B. en bij M.: „Harbertus". Zulke verschillen vindt men ook op andere plaatsen.

5) In B. wordt tusschen haakjes gevoegd: „de Hollandia".

6) „Et" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

muris apparet, inpugnavit, et eos, qui de ecclesia domum belli fecerant, captivans, omnes cives jurare compulit, ne vel similia deinceps contra episcopos attemptarent vel eciam ipsum oppidum muro cingerent. Quod tamen processu temporis minime servaverunt, quia [1]) ipso mortuo et in Trajecto sepulto dominus Hermannus in episcopum electus tribus annis et dimidio [2]) ecclesiam sine magnis laboribus vel expensis rexit, quem eciam episcopum Horningum vocabant, quia de castro Horne fuit oriundus.

Isti successit episcopus Godefridus, vir nobilis et magnanimus, qui ecclesiam suam, sicut hodie apparet, castris bonis et firmis decoravit, videlicet Horst et Vollenho [3]) et Muntfoerd [4]) et Woerden, et ipsam in magnis laboribus et expensis propter gravissimas guerras, sibi preter suam culpam illatas, viginti duobus annis strennue gubernavit. Cujus facta, aliorum episcoporum longe superexcedencia, propter nimietatem ad presens scribere non presumo; sed ea, que ad presens negocium expediunt, taliter consideranda occurrunt.

C. 4. De episcopo Godefrido.

Suis [5]) temporibus fuerunt in hiis partibus duo fratres carnales, viri strennui, fortes et divites. Quorum alter, Lambertus nomine, Pedge mansit et

---

1) Aldus wordt gelezen, zoowel in A. als in B. en bij M. Toch schijnt de tekst bedorven te zijn, misschien door het wegvallen van eenige woorden.

2) Zie over deze onjuiste opgave, die in de beide handschriften en bij M., zoowel hier als in c. 4 voorkomt, het register.

3) Bij M. „Vullenho".

4) In B. „Muntfort", bij M. „Montford".

5) In B. staat: „Hujus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex sua uxore duos filios habuit, Rodolfum et Mensonem [1]), qui tempore hujus narracionis adhuc vivunt. Alter vero, qui Leffardus vocabatur, in Groninghe prefectus extitit; sed cum non haberet nisi unicam filiam, illam copulavit cuidam Godescalco de Sepperothe, nobili Westfalo [2]), quem secum commanere fecit in Groninghe. Qui ex ea tres filios genuit, videlicet Rodolphum, Mensonem et Hecbertum [3]); et sic [4]) ipse et uxor sua mortui sunt, domino Leffardo [5]) et uxore sua supervivente. Quibus non multo post ad suos [6]) patres depositis, gravis contencio orta est inter Lambertum de Pedge, qui voluit succedere suo fratri Leffardo in prefectura, et inter filios Godescalci, qui hereditatem avi sui, dicti Leffardi, dimittere noluerunt, maxime cum eciam in Groninghe et in prefectura commanerent. Sed litem istam episcopus Godefridus cito suffocavit, quia prefecturam, que de jure sibi vacavit, tribus filiis Godescalci pro [7]) trecentis marcis, quas sibi dederunt, infeodavit. Unde hodie ipsa prefectura in tres partes apud heredes eorum divisa est, quod minime tamen ecclesie vel civitati noscitur expedire.

---

1) In B. staat voor „Mensonem" „Menzonem". Zulke verschillen komen meermalen voor.

2) Aldus in A. en bij M. B. heeft „Westvalo". De lezing „Westphalo" bij Weiland steunt niet op handschriften.

3) Dit is de juiste lezing, die in A. duidelijk voorkomt. Hecbertus is dezelfde persoon als de later voorkomende Egbertus. Bij M. staat „Herbertum". In B. is „Harbertum" verbeterd in „Hecbertum".

4) „Sic" ontbreekt in B.

5) In B. staat voor „Leffardo" en „Leffardi" somtijds „Lieffardo" en „Lieffardi".

6) „Suos" is in B. later bijgevoegd.

7) Het woord „pro" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hiis omnibus ita dispositis et compositis [1]) domini de Covordia, quia erant duo fratres, Rodolphus et Volkerus, et duo fratres prenominati de Pedge, videlicet Menzo et Rodolphus, et tres predicti fratres de Groninghe, Rodolfus, Menzo [2]) et Hecbertus [3]), qui nunc superest [4]), in una amicicia, sicut consanguinei et affines, in gracia domini sui [5]) episcopi multis annis convixerunt, ipsa Trenta in multa pace existente. Et ille gloriosus episcopus Godefridus in domino obdormivit, qui apud sanctum Martinum in Trajecto sepultus est anno domini MCLXXVIII.

Et nota de tribus jam dictis episcopis, quod dominus Harbertus, vir bonus et justus, episcopatum rexit novem annis, et dominus Hermannus, vir nobilis nacione, III et dimidio. Episcopus vero Godefridus, cujus memoria semper apud [6]) nos in bono habeatur, viginti duobus annis Deo et ecclesie sue strennue militavit. Et sicut non multo [7]) post patebit, dominus Balduinus episcopus prefuit ecclesie XVIII annis; post quem duo in discordia electi vixerunt tantum duobus annis. Et post illos, qui apud Romam mortui nunquam episcopatum possidebant, Theodericus epi-

---

1) De woorden „et compositis", die zoowel in A. als in B. en bij M. voorkomen, zijn in de uitgave van Weiland weggelaten.

2) Bij M. is de volgorde: „Menzo, Rodolphus". In B. als in A.

3) In A. staat „Herbortus" en bij M. „Herbertus", in B. „Harbertus". De juiste lezing is echter „Hecbertus", welke ik als verbetering in den tekst heb opgenomen. Zoo reeds Weiland.

4) Bij Matthaeus ten onrechte „supersunt". In A. en B. „superest".

5) In B. „sui domini".

6) In A. staat door een schrijffout „Apud semper", doch de verbetering is door teekens aangewezen.

7) In B. staat „in multo", terwijl het woord „multo" eerst l ter is ingevoegd op eene daarvoor ledig gelaten ruimte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scopus ecclesiam rexit XIIII annis, et post ipsum Otto primus, Gelrensis nacione, duobus annis et dimidio. Et post eum Otto secundus de Lippia in Westvalia [1]) natus, nepos episcopi Theoderici, undecim annis. Cui episcopus Wilbrandus, sub quo ista conscripta sunt, successit.

C. 5. De episcopo Baldewino. [2])

Post hunc, scilicet Godefridum, electus est in episcopum dominus Balduinus [3]), ad sanctam in Trajecto Mariam et in Aldensele prepositus, vir mitis et tractabilis et tante castitatis, ut eciam virgo mortuus esse credatur. Qui preter alios magnos et nobiles consanguineos, quos in imperio habuit, istos specialiter in latere suo [4]) terre [5]) defensores amplectebatur et propugnatores, scilicet comitem Hollandie Florencium, qui frater suus carnalis extitit, et comitem Theodericum Clivensem, cui sororem suam copulavit, et Ottonem, comitem de Benthem, eciam fratrem suum. Istorum consilio et auxilio ecclesiam suam in multa pace dives et potens ad aliquot annos feliciter gubernavit. Tandem ille hostis antiquus, omnium bonorum invisor [6]), turbator pacis, ad hoc consiliarios episcopi induxit, quod ad ipsorum [7]) instanciam epi-

---

1) B. schrijft „Westfalia".

2) Bij M. „Balduino". In de handschriften staat ook op andere plaatsen nu eens „Baldewinus", dan weer „Balduinus".

3) B. voegt hier in tusschen haakjes „de Hollandia".

4) In B. ten onrechte „suae".

5) Bij Matth. „tres".

6) In A. en bij Matth. staat „invasor". B. schrijft „invisor", welke lezing m. i. de voorkeur verdient. Matth. plaatst achter „invasor" nog het woord „et".

7) Ten onrechte staat in B. „episcoporum" in plaats van „ipsorum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scopus armata manu Veluam occupavit, quam et contra ducem Brabancie et contra comitem Gelrie Gerardum rapinis et incendiis et multa exactione devastavit. Dicebat enim eam sibi vacare a duce predicto, qui feoda sua debito tempore non receperat de manu sua more vasallorum. Sed istum tumultum belli dominus imperator magnus Fredericus, hujus nominis primus, composuit et sedavit. Et Velua duci et comiti, qui eam de manu sua tenet, remansit; latens vero odium inter episcopum et comitem non quievit, nisi ad tempus, sicut infra plene patebit.

Idem vero episcopus Covordiam et Trentam et Groninghe pro sua voluntate sepius intravit eo modo et permissione [1]), sicut episcopus Harbertus sibi et suis successoribus ordinaverat; et omnia jura episcopalia in eis honorifice nemine contradicente exercuit sepe [2]) et aliquot annis cum plurima sua utilitate.

C. 6. De Trentia et aliis.

Cum episcopus diversas partes episcopatus in temporalibus negociis et jurisdictionibus visitaret et sibi ad Trentones descendere placeret, suus adventus domino, hoc est castellano vel sculteto de Covordia, intimabatur, qui dominum suum reverenter excipiens in ipso castro una tantum nocte hospitari tenebatur [3]). Et episcopus claves castri de manu illius accipiens, eas et custodiam castri aliquibus suis fidelibus usque

---

1) In A en, naar 't schijnt, ook in B. „permissione", bij M. „promissione".

2) In B., waarin eerst een ledige ruimte voor dit woord was gelaten, is later ingevuld „sepet", waar boven geschreven is „saepe".

3) Dit is de juiste lezing van A. en B. Bij M. staat „hospitium tenebat".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad suum reditum vel exitum committebat, talibus tamen, ut de illis dominus castri justum timorem sue ejectionis non haberet; et sic castellanus cum omni sua familia dominum suum episcopum obsequendo sequebatur. Et sex septimanis continuis Trentones ad mandatum episcopi [1]) et ordinacionem suam episcopum et suam familiam in diversis locis et in suis domibus large procurabant, ad diversa officia curie et procuratorum currus et equos, prout ipsorum jura habent, curiose ministrantes. Et episcopus illis diebus vel septimanis suam jurisdictionem in ipsos exercuit, sepe multam pecuniam ab illis, qui hoc meruerant, extrahendo. Et sic judicando ad aliam portam, id est ad Groninghe, se convertebat, ubi prefectus illius civitatis eum honeste cum omnibus illius [2]) civibus excipiebat, qui eum multis largis exeniis [3]), sicut decuit, honorabant. Et prefectus cum villicis et litonibus episcopi currus, vecturas et omnes expensas sollicite ordinabat, quia episcopus et sui cotidie [4]) clericis et laycis, de Fresia advenientibus, et civibus ipsis et quibuscunque aliis justicias faciebant [5]). Ubi Trentones cum Groningensibus villicis et aliis mancipiis in illa prefectura constitutis commune [6]) aliquod servicium in trecentis vel quadringentis libris domino

---

1) Dit is de lezing van Matthaeus. Zoowel in A. als in B. is het woord „episcopi" ten onrechte tusschen „continuis" en „Trentones" geplaatst.

2) Zoo luidt de lezing bij Matthaeus. In A. en in B. staat „illis".

3) B. heeft „xeniis" in plaats van „exeniis".

4) In plaats van „sui cotidie", dat zoowel in A. als B. voorkomt, heeft M., „suis".

5) „Faciebant" in A en in B. Matth. heeft „faciebat".

6) In A. staat coē als afkorting voor „commune", welk woord Matth. heeft. In B. stond aanvankelijk „cō", waarvan ten onrechte cōtra, d. i. „contra", gemaakt is.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suo faciebant; hujus pecunie duas partes Trentones donabant et terciam reliqui [1]). Sic in reditu episcopi Covordia domino suo reddebatur.

C. 7. De eodem episcopo.

Sed frater episcopi Balduini, Otto comes de Benthem [2]), sepe conquestus est, quod illi de Covordia bona sua prope ipsos sita cotidianis hospiciis et exactionibus infestarent indesinenter [3]). Et per continuas querelas et suggestiones dominum episcopum in tantum odium istorum induxit, quod sentencialiter contra ipsos de tempore in tempus procedens, castrum ipsum et alia feoda eorum eis abjudicavit [4]) et non multo post ipsum castrum obsedit et duabus machinis inpugnavit. Et tam Groninghe quam Pedge et tota Trente illi exercitui [5]) et obsidioni interfuerunt. Dominus vero Florencius de Vorenborch [6]), qui tunc duxerat in uxorem matrem illorum de Covordia viduam, que fuit soror Rodolphi antiqui advocati de Gore, et junior frater, scilicet Volkerus, ipsum castrum viriliter defendebant; dominus autem Rodolphus, senior frater, de diversis locis et maxime de Steenvoerde [7]) episcopum et exercitum in detencione victualium et in quibuscunque alias poterat indesinenter

---

1) De volzin „hujus .... reliqui" ontbreekt bij Matthaeus.

2) In B. staat „Benethem". Zoo ook somtijds op andere plaatsen.

3) „Indesinenter" ontbreekt bij Matth. en wordt door B. bij het volgende getrokken.

4) Zoo lezen B. en Matth. In A staat „adjudicavit".

5) In A. wordt hier en op andere plaatsen het woord „exercitus" geschreven „excercitus".

6) Ook in B. staat „Vorenborg", doch daarin is op den kant aangeteekend, dat misschien „Verneborg" moet gelezen worden.

7) In B. „Stenvorde".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

molestabat. Et cum sic minime proficeret, Florencius et castrum et privignum suum Folkerum [1]) in potestatem episcopi tradidit; et ipse commisit castrum et jurisdictionem Trente cuidam militi de Hollandia, Ghiselberto Postekin dicto, qui prudenter et optime terram gubernavit. Et [2]) post aliquot annos hec omnia commissa sunt comiti de Benthem, qui semper ad istud dominium aspiravit. Et dominus episcopus et castrum et terram novem annis possedit. Medio autem tempore Volkerus, qui tenebatur in vinculis in castro Horst, corrupit [3]) filiam cujusdam divitis militis, qui Albertus Leo dicebatur, et eam illic [4]) duxit in uxorem. Per cujus amicos optinuit, ut a domino episcopo absolutus in hereditate sua apud Anze manere permitteretur. Frater vero suus Rodolphus mansit in hereditate sua prope Vechtam et Recclam fluvios et sepissime per dominos et amicos et per [5]) consanguineos graciam domini sui episcopi pro castro suo reddendo inploravit, sed minime profecit. Unde occulte consanguineos suos de Pedge et tres fratres de Groninghe et ipsum Groninghe oppidum quocunque modo [6]) in odium episcopi et maxime comitis de Benthem inducebat. Ex eo accidit, quod cives de Groninghe, aliquantulum contra episcopum super suis juribus tumultuantes, ecclesiam sancte Walburgis ipsi episcopo, qui eam, sicut omnes antecessores, pro ca-

---

1) In B. „Volkerum".

2) Aldus in B. Bij Matth. staat „sed". In A. stond „qui et", wat geen zin geeft. Doch „qui" is doorgehaald.

3) In B. staat „corripit", wat verbeterd is in „corrupit".

4) In B. „illuc".

5) Dit woord, voorkomende in A. en B., ontbreekt bij M.

6) B. voegt hier in „poterant".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pella habere [1]) consueverat [2]), negabant, dicentes eam suam fore [3]) parrochiam et ad defensionem sui opidi quandoque [4]) contra Normannos temporibus beati Walfridi edificatam. Et non multo post ob timorem episcopi superiorem testudinem, sicut hodie apparet, destruxerunt. Super quo sepius redarguti et de juramento ammoniti, quod juraverant episcopo Harberto, ne murum erigerent, magis inflammabantur [5]). Et cum hec agerentur, Rodolphus, major natu et prefectus in Groninghe, in transmarinis partibus mortuus est, qui unicum heredem filium, nomine Alberonem, infantem post se reliquit superstitem, cujus tutor volebat esse frater suus, dominus Hecbertus [6]). Sed episcopus hoc in tantum defendebat, quod eciam ipsam prefecturam cuidam militi Bertoldo de Groninghe commisit, asserens [7]) ipsam tutelam pueri et illius feodi ad se de jure [8]) pertinere. Sed hunc judicem Hecbertus [9]) interfecit; et magna dissencio orta est et tanta, ut et illi de Groninghe et de Pedge et domini de Covordia expulsi bona domini episcopi per totam Trentam raperent, ipsum comitem apud

---

1) „Habere" is in B. later bijgevoegd.

2) Aldus Matth. Zoowel in A. als B. staat „consueverant".

3) Het woord „fore", in B. en bij Matth. voorkomende, ontbreekt in A.

4) Dit is de lezing van A. en B. Matth. heeft „quoque".

5) Dit is de lezing van A. en B. Matthaeus leest „instaurabant".

6) Zoo luidt de lezing in A, bij Matthaeus daarentegen „Harbertus". In B. is „Harbertus" verbeterd in „Hecbertus".

7) In plaats van „asserens", dat zoowel in A. als in B. voorkomt, heeft Matth. „affirmans".

8) Aldus in A. en B., terwijl bij Matth. „de jure" ontbreekt.

9) Aldus in A. en in den verbeterden tekst van B. Aanvankelijk stond in B., evenals bij Matth., „Harbertus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rotlo [1]) fugarent et suburbium et villam Covordie potenter concremarent.

C. 8. Item de eodem episcopo.

Igitur dominus episcopus ex tali presumpcione nimium, sicut justum erat, indignatus, duos exercitus potentes contra istos eduxit [2]), quorum alter per Covordiam ad intrandum ordinabatur per comitem, alter vero per ipsum episcopum per Steenwijc [3]) inducebatur. Tunc Otto comes Gelrie — frater comitis Gherardi, qui tunc jam obierat [4]), nullum nisi [5]) fratrem post se relinquens heredem — qui, nescio quibus mediantibus, in auxilium episcopi advenerat [6]), per plures intercursus hoc effecit, quod predicti inimici domini episcopi, qui quasi consilio suo occulte regebantur, se potestati [7]) episcopi super suis excessibus sine omni occasione tradiderunt. Et dati sunt obsides de Groninghe quatuor, de Trenta vero XII, de Covordia Rodolphus, de Pedge alius Rodolphus, Hecbertus [8]) prefectus [9]). Isti omnes cum exercitu [10]), qui tunc

---

1) Dit is de juiste lezing, die echter als verbetering in den tekst is opgenomen. In A. staat „Roclo", bij Matthaeus „Rocclo", in B. „Rodo". Bedoeld is ongetwijfeld Rolde, dat oudtijds „Rotlo" of „Rodlo" heette.

2) Dit is de lezing van A. en B. Matth. heeft „induxit".

3) In B. „Stenwijc".

4) In B. is „abierat" verbeterd in „obierat".

5) In B. is „inde" verbeterd in „nisi".

6) In B. stond aanvankelijk „advenerant".

7) In A. staat „potestate", bij Matth. „potestati", in B. is „potestate" verbeterd in „potestati".

8) Aldus in A. In B. stond aanvankelijk „Harbertus", welk woord in „Hecbertus" veranderd is. Bij Matth. „Herbertus".

9) De interpunctie van den volzin „Et..... prefectus" in de uitgaven van Matth. en Weiland is niet juist.

10) „Cum exercitu" staat tweemalen in A.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

solvebatur, Daventriam intraverunt. Ubi comes Gelrensis factum [1]) istorum, licet multum intenderet, non poterat [2]) terminare; sed cum indignacione ab illo loco recessit, asserens istos sub certa condicione fore datos, ita ut [3]) de omnibus hinc inde suo staretur consilio; quod pars episcopi penitus negavit. Episcopus vero obsides suos in vincula et in diversa loca deposuit. Statim Volkerus, minor [4]) natu, cum omnibus, quos subito contrahere poterat, castrum Covordie non premunitum occupat, inpugnat, instat et capit, in quo cum tota familia comitis ipsa domina comitissa, proch pudor! detinebatur [5]). Ex quo patebat, quod ultimi successus domini episcopi prime felicitati [6]) non respondebant. Sed ipse, sicut vir inperterritus, comitissam et omnes alios captivos per suos obsides absolvit et se iterum ad bellum et recuperacionem castri preparat.

C. 9. Item de episcopo eodem.

Tunc accesserunt Daventriam Conradus Maguntinus et Philippus Coloniensis archiepiscopi [7]), ut hunc tumultum sedarent; timebant enim de futuris, maxime cum comes Gelrensis de hiis omnibus suspectus haberetur. Et ad bonum pacis ordinaverunt, quatinus

---

1) In A. en B. staat „factum", welk woord ook door Weiland behouden is. Matth. heeft „fastum".

2) In B. stond aanvankelijk „poterant".

3) „Ut", voorkomende in B. en bij M., ontbreekt in A.

4) In A. en B. „minor". Bij Matth. „junior".

5) In A. staat: „in quo tota familia cum comitis ipsa domina comitissa detinebatur proch pudor". De verbetering is echter door teekens aangewezen.

6) B. voegt hier in „jam".

7) Archiepiscopi" ontbreekt bij Matth. Men vindt het zoowel in A. als in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnia allodia, que in Trenta fuerant spoliata in frumento et pecudibus et edificiis et omnibus aliis [1]) ablatis, redintegrarentur, et domino episcopo darentur mille marce, fratri suo [2]) comiti ducentae [3]) et consiliariis centum, et dominus Rodolphus Covordiam teneret et Trentam et servicium episcopi, prout dicunt antiqua et nova ecclesie [4]) privilegia. Sed hanc ordinacionem pacis comes de Benthem penitus [5]) non admisit. Unde post recessum tantorum principum dominus episcopus cum exercitu validissimo prope campos Covordie se potenter deposuit, sperans se in summo mane Trentones victurum et castrum obsessurum. Quod sine dubio evenisset, si hora vespertina, cum jam tentoria figerentur, quedam leves persone, qui stulte cum Trentonibus consagittare ceperunt, in fugam converse totum exercitum non commovissent. Qui sic inter se propter diversos clamores tumultuare inceperunt, ut omnes pariter tam magni quam parvi fugam dedecorose nemine primo instante arriperent, arma sicut femine proicerent [6]), equos, currus, victualia infinita et tentoria turpiter relinquerent, domino episcopo plurimum reclamante et eos miseros increpante. Sed ipse, sicut et alii, multo periculo ab illis locis paludosis plorans et quasi semivivus vix recessit.

---

1) „Aliis" is uit B. opgenomen. Het ontbreekt in A. en bij Matth.

2) In plaats van „fratri suo", dat zoowel in A. als in B. staat, heeft Matth. „Frisicae."

3) Het woord „ducentae", dat in A. en bij Matth. ontbreekt, ontleen ik aan B., waarin het volgend „et" niet gevonden wordt.

4) „Ecclesie" ontbreekt bij Matth. Men vindt het in A. en B.

5) „Penitus", dat ontbreekt bij Matth., komt voor in A. en B.

6) Aldus in A. en B. Matthaeus leest: „foenum abjicerent" voor „femine proicerent".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illo die ceciderunt de nostris viri boni et fortes circa XXX, capti vero [1]) fuerunt milites large centum et infiniti de populo. In hiis omnibus fratres de Groninghe et fratres [2]) de Pedge et Trentones illis de Covordia contra dominum suum astiterunt.

C. 10. Item de eodem episcopo et ejus morte.

Igitur dominus episcopus, qui pertinacis erat voluntatis, expensas expensis accumulat et comitem Gelrensem [3]), quem omnium istorum malorum conscium et fautorem esse dicebat, potenter et cum multa milicia [4]) aggreditur, Veluam et alias suas terras depopulando. Sed comes idem viriliter se opposuit et Trentones cum illis de Covordia cum pluribus militibus [5]), quibus se tunc patenter [6]) adjunxerat [7]), evocavit. Et comburentes Omershem et alia bona episcopatus per Venebrugghe [8]) usque in obsidionem Daventrensem [9]) pervenerunt, ubi dictus comes [10]) cum multo exercitu Daventriam obsedit et multos nobiles undecim diebus continuis. Sed dux Brabancie treugas ad tempus elaboravit. Trentones vero ad sua

---

1) Het woord „vero" staat alleen in B.

2) In B. ontbreken de woorden „et fratres".

3) „Gelrensem" in A. en bij M. B. heeft „Gelriae".

4) B. leest ten onrechte „malitia".

5) De lezing „militibus" berust op een conjectuur van Weiland. A. heeft „milibus", B. en M. „millibus".

6) A. en B. hebben „patenter"; bij Matth. staat „potenter".

7) Aldus in B.; in A. en bij Matth. „adjunxerant", welke lezing Weiland volgt.

8) Zoo leest A. B. heeft „Venebruege", Matth. „Venebrugge".

9) A. heeft „Daventrensem", B. en Matth. „Daventriensem".

10) B. leest „dictus comes", welke lezing ook in A. door teekens is aangewezen, ofschoon daar stond „comes dictus", zooals bij Matthaeus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

remeantes, omnes redditus episcopi et suorum comiti per totam Trentam assignaverunt.

Et nota, quod Baldewinus episcopus ter [1]) habuit guerram cum illis de Gelre. Prima vice, quando [2]) Veluam pro sibi vacante occupavit; tunc vivebat comes Gerardus, qui pro hac injuria Daventriam ad quatuor dies obsedit. Sed dominus imperator Fredericus [3]) ista sedavit. Secunda vice, Gerardo [4]) comite mortuo, frater suus Otto comes episcopum in tantum in suis bonis infestavit, quod tanta orta [5]) fuit discordia, ut Florencius, comes Hollandie, omnia pecora tocius Velue in Daventriam comminaret [6]) et gravia dampna comiti inferret, et ab alia parte Thidericus Clevensis comes, vir fortis, strennuus et largissimus omnem terram Gelrie potenter incenderet et devastaret. Sed dux Brabancie et archiepiscopus Coloniensis et dominus Hermannus, Monasteriensis episcopus, et Adolfus, comes de Monte, partem comitis sic coadjuvabant, ut collectis duobus milibus militum et quingentis in Daventria tribus septimanis octingentos milites episcopi obsiderent. Ista vero guerra composita fuit, quando dictus comes Gelrensis [7]) cum imperatore Frederico mare transivit. Post reditum

---

1) „Ter", in A. en B. voorkomende, ontbreekt bij Matthaeus.

2) In A. en B. „quando", bij Matth. „quum".

3) In B. was hier een ledige ruimte gelaten, die later met „Fredericus" is ingevuld.

4) In B. is het woord „Gerardo" eerst later opgenomen; aanvankelijk stond er de letter B., gevolgd door een ledige ruimte.

5) Dit woord, in A. en B. voorkomende, ontbreekt bij Matth.

6) In B. en bij Matth. staat „comminaret". In A. staat „commīaret". Weiland leest „communicaret" in den zin van „adunaret, conglobaret".

7) B. leest „dictus Otto, comes Gelriae".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vero suum taliter, ut jam dixi, pro facto Covordensium [1]) discordabant.

Ad cujus rei vindictam cum se dominus episcopus viriliter in maximis expensis apparasset et eciam pro auxilio domini imperatoris Henrici, qui patre suo mortuo jam tunc regnabat, Magunciam pervenisset, illic [2]), proch dolor! quinto die mortuus est. Et ad suos antecessores apud sanctum Martinum honorifice deponebatur anno domini M°C° nonagesimo sexto.

C. 11. De discordia electorum et aliis.

Domino Baldewino episcopo venerabili sic mortuo et sepulto Tydericus comes Hollandie, filius comitis Florencii, et Otto comes Gelrie armata manu in Trajecto convenientes, tantam discordiam in ecclesia seminaverunt, quod quidam de fratribus elegerunt in episcopum fratrem episcopi Baldewini Theodericum, ejusdem ecclesie majorem prepositum; hujus partem fovebat comes Hollandie et tota terra Trajectensis. Reliqui vero de capitulo elegerunt Arnoldum de Ysenborch, virum nobilem et prepositum Daventriensem; hujus partem assumpsit sibi comes Gelrie et omnis episcopatus citra Nodam constitutus. Tandem de voluntate parcium ambo electi pro suis juribus [3]) ad curiam Romanam perrexerunt, ubi deductis gravibus expensis Arnoldus electus obtinuit et statim illic mortuus est. Tunc papa dominum Theodericum in episcopum consecravit, qui in suo reditu apud Papiam occubuit. Et sic de novo Trajectensis ecclesia ad

---

1) Aldus bij Matth. A. heeft „Covordēn", wat een afkorting kan zijn voor „Covordensium". B. leest „Covordiae".

2) Zoo verbetert Weiland. In A., in B. en bij Matth. staat „illuc".

3) B. heeft ten onrechte „viribus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliam electionem celebrandam invitabatur. Scisma istud duraverat duobus annis; et medio tempore comes Hollandie apud Heymenberch vicit [1]) comitem Gelrie, ubi de suis multos milites captivavit.

C. 12. De electione episcopi Theoderici de Are.

Cum ecclesia Trajectensis interveniente suo patrono beato Martino liberata fuisset a predicto scismate, de cujus duracione plurimus timor extitit, jam sepe dicti [2]) comites in sua odiosa pertinacia perdurantes, ecclesiam in quantum poterant pro suis amicis sollicitabant. Sed per graciam Dei, licet illic personaliter adessent, minime sunt admissi vel exauditi; sed tota ecclesia divinitus inspirata quendam Theodericum de Are, virum nobilem et personatum, multa sapiencia preditum, in consiliis [3]), sicut infra patebit, discretum et expeditum, nutritum in curiis imperatorum et omnium discretorum discretissimum, qui tunc prepositus fuit in Maestrecht, ex inproviso, nemine petente vel promovente, ad consilium quorundam, qui hoc ex abrupto et a latere leviter tangebant, uno animo et quodam mirabili ardore in episcopum eligunt [4]) anno domini MCC primo [5]). Qui tempore electionis sue cum imperatore Henrico in Sicilia [6]) fuit; cujus morti et exequiis cum eciam statim tunc interfuisset, novus electus ad suam ecclesiam cito pervenit vocatus. Quam in maximis debitis, tum

---

1) B. voegt hier in „Ottonem".

2) In B. is „sepe dicti" eene verbetering; er stond „sedecim".

3) Aldus in B. en bij Matth. A. heeft „conciliis".

4) B. leest „elegit".

5) Zoo luidt de lezing in A., in B. en bij Matth., ofschoon het jaartal ongetwijfeld onjuist is.

6) In B. en bij Matth. staat „Sicilia"; A. heeft „Cicilia".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

propter discordem electionem jam dictam, tum propter gravissimas guerras comitum predictorum, quas ipsi in episcopatu tempore scismatis, sicut lupi rapaces, exercuerant [1]), tum eciam, quia episcopus Baldewinus in diversis guerris, de quibus supra diximus, infinita expenderat et totam terram, quamvis invitus, evisceraverat, hinc inde irretitam [2]) invenit. Sed pre omnibus istis istud maxime ipsum turbavit et paupertate nimia eum involvit, quod creditores Romani et Senenses ab ipso instanter per literas papales exegerunt large tria milia marcarum Sterlingorum et tres [3]) marcas, quas contraxerant et mutuaverant illic [4]) novi [5]) electi, sui [6]) antecessores. A quibus omnibus ipse tamquam vir prudentissimus ante mortem suam, sicut plene intelligetis [7]), totam ecclesiam et se honestissime liberavit, quamvis in diversis guerris innumerabiles pecunias postea in magno honore et ad plurimam exaltacionem sue ecclesie expendisset.

C. 13. De discordia fratrum Hollandie et aliis. [8])

Suis eciam [9]) temporibus quedam gravis discordia

---

1) Zoo lezen A. en B. Bij Matth. „exercuerunt".

2) In B. staat verkeerdelijk „irreatam".

3) „Tres" staat in A., in B. en bij Matth. Dat er echter moet gelezen worden „trecentas", blijkt uit Cap. 16.

4) Zoo leest B. In A. en bij Matth. staat „illi".

5) In B.: „duo novi illi".

6) In B. is „sine" veranderd in „sui".

7) Zoowel in A. en B. als bij Matth. staat „intelligens". De door mij aangenomen lezing „intelligetis" wijkt nog minder van die van het handschrift af dan die van Weiland. Deze leest „intelligetur".

8) Bij Matthaeus luidt het opschrift: „De discordia inter fratres Hollandie".

9) B. leest „His enim'.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

orta fuit inter Theodericum, comitem Hollandie, et fratrem suum Wilhelmum [1]), cui Otto, comes Gelrensis, dederat in uxorem filiam suam [2]), ita quod ipse [3]) Theodericus ceperat Wilhelmum et deposuit eum in castro Horst. A quo ille effugit et, statim a Frisonibus pro comite receptus, prope Oesterze castrum edificavit et cum illis de Cuynre [4]) sepius et multum conflixit. Sed labores illius guerre et eventus diversos et plurimorum mortes hinc inde large usque ad sexcentos occisorum, tamquam nota [5]), pretermitto. Idem vero Wilhelmus episcopum Theodericum, qui in Frisiam intraverat [6]) et in illa forte sex septimanis jurisdictiones et [7]) spiritualem et temporalem, tamquam episcopus et comes, exercuerat et [8]) ex suis juribus aliquantulam pecuniam in sua paupertate collegerat, in ipso monasterio Staurie [9]) post missam potenter et armatu manu captivavit. Sed in continenti cives Staurie et alii Frisones, qui illic tunc affuerunt, episcopum de manibus comitis in momento potenter eripientes, comitem abire permiserunt; et episcopus cum multo honore sine dampno Trajectum reverte-

---

1) Bij B. „Guilelmum".

2) In B. wordt hier ingevoegd „Aleydim".

3) Zoowel in A. als in B. is de lezing „ita quod ipse". Matth. heeft „idem quippe".

4) Zoo lezen zoowel A. als Matthaeus. B. heeft „in Cunre".

5) „Nota" leest Matthaeus. A. en B. hebben „notam", wat echter in B. veranderd is in „nota".

6) In A. en bij Matth. staat „intraverat", in B. „etiam venerat", wat veranderd is in „intervenerat".

7) Het woord „et" komt niet voor bij Matth., wel in A. en B.

8) Hier komt „et" alleen voor bij Matthaeus en niet in A. en B.

9) In B. staat „Stafriae". Aan den kant is echter aangeteekend „Stauriae".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

batur. Et postea dictus [1]) comes compulsus pro tali excessu se [2]) laneus et nudipes cum quingentis militibus ad pedes domini episcopi ad sanctum Martinum humiliavit et graciam suam obtinuit, a domino papa absolutus.

C. 14. De eodem episcopo et morte comitum.

Cum per hec et hiis similia et per ea, que ante enumeravimus [3]), episcopus ad nimiam devenisset paupertatem, ita eciam ut a suis non curaretur, Theodericus comes Hollandie propter [4]) multas injurias et contemptus, quos [5]) sibi cotidie intulit, tandem valido exercitu se apud Gheynum [6]) deposuit et plurimi ministeriales ecclesie secum contra episcopum conjuraverunt. Sed civitas, domini sui miserta [7]), eum quasi profugere volentem recepit et comiti sic viriliter restitit, ut ad sua totaliter [8]) redire cogeretur. Isti [9]) malo aliud malum majus accrevit, videlicet quod Daventria dominum suum penitus sprevit et Ottonem comitem [10]) Gelrie in se pro domino et defensore suo [11]) recepit. Sed beatus Martinus suo episcopo in brevi

---

1) „Dictus" in A. en B. Matth. heeft „dominus".

2) Matth. verplaatst het woord „se" achter „humiliavit". A. en B. plaatsen het als in den tekst.

3) Zoo lezen A. en Matth. B. heeft „enarravimus".

4) Dit is de lezing van A. en Matth. B. leest „per". Weiland vermoedt, dat er moet staan „preter".

5) B. heeft ten onrechte: „quas".

6) In B. staat „Geinum", bij Matth. „Geynum".

7) Dit woord is in B. later ingevuld.

8) B. heeft ten onrechte „taliter".

9) Aldus lezen A, B. en Matth. Weiland heeft ten onrechte „ipsi".

10) In B. ontbreekt „comitem".

11) „Suo" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tempore sic providit, quod predicti comites, sue ecclesie intestini persecutores, ambo [1]) divino judicio a duce Brabancie capiebantur et in vincula deponebantur. Tunc episcopus, sicut vir discretus, tempus sibi [2]) a Deo datum non obdormiens, subito miliciam [3]) blandiciis, donis et promissis — injuriis sibi et obprobriis illatis indifferenter remissis — cum multo concursu colligit [4]). Hollandiam uno [5]) die invadit, rapit, devastat et incendit, et sequenti crastino Veluam ascendit et depopulatur pecuniam accipiendo et extorquendo, Sutphaniam obsedit, Daventriam intrat, nemine se defendente, singulos diciores capit et innumerabilem [6]) pecuniam merito ab illis recepit. Et in isto cursu inicium bonorum suorum feliciter accepit. Ex hoc tempore et bona bonis cotidie se coagulare [7]) inceperunt, quia dicti comites, tandem a captivitate absoluti, non multo post debitum humanitatis inpleverunt. Et episcopus Gerardum puerum, heredem comitis [8]) et comitem Gelrie, in sua gracia et favore, tamquam filium, conservans [9]), ad negocium comitatus Hollandie, qui ibi tunc vacavit, quia comes filium non habuit, sicut vir prudentissimus [10]), convertit et se ad nova lucra taliter accinxit.

---

1) Dit woord, in A. en B. voorkomende, ontbreekt bij Matthaeus.

2) B. verplaatst „sibi" achter „datum".

3) B. heeft ten onrechte „malitiam".

4) In B. is hier ten onrechte ingevoegd „exercitum".

5) In B. „una".

6) Aldus in A. en bij Matth. B. heeft „mirabilem".

7) In A. staat achter „coagulare" nog „ce"; doch die letters zijn doorgehaald.

8) B. leest „comitis Ottonis".

9) „conservans" in A. en B. Matthaeus heeft „observans".

10) In B. stond aanvankelijk „prudentissimus vir".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. 15. De eodem episcopo et diversis aliis.

Mortuo Theoderico comite Hollandie filia sua [1]), quam unicam habuit, nupsit Lodowico, comiti de Loen [2]), viro nobili et valde strennuo, largo, miti et bono. A quo noster providus episcopus recepit duo milia marcarum, quod eum comicia Hollandie, de jure imperio vacante, infeodari procuraret; et ei insuper potens et manuale auxilium fideliter promisit contra Wilhelmum comitem, qui nichil juris habens, comitatum sibi jam usurpare incepit, quia frater comitis Theoderici [3]) extitit. Quod dominus episcopus adeo honeste inplevit et persolvit, quod ipso anno in vigilia Johannis baptiste terminos comitatus prope Midrecht personaliter inpugnavit, ubi in continenti vicit et fugavit comitem de Benthem, qui illic terram cum multo populo armato, excepto [4]) Wilhelmo, defendit; et plurimos, Deo gracias! captivavit. Et statim ipse solus in levi equo, frater vero Gerardus, comes de Are [5]), vir strennuus et sapiens, cum tota milicia pedes per paludes versus Suadeburch [6]) contra alium magnum exercitum pugnaturi festinabant. Et in media via invenerunt [7]) maximam multitudinem quorundam Hollandensium ad pugnam contra se congregatam, quam propter jam habitam victoriam tanto timore

---

1) B. leest „filia sua Ada", terwijl door eene latere hand achter „Ada" gevoegd is „nomine".

2) In B. staat „Lon".

3) B. heeft „Thiderici", Matth. „Theodorici". Zulke verschillen vindt men ook op andere plaatsen.

4) In A. en bij Matth. staat „excepto", in B. „accepto", wat misschien eene betere lezing is.

5) Zoo is de lezing in A. en bij Matth. B. daarentegen heeft „frater vero suus Gerardus de Are".

6) „Suadeburch" in A. en B. Matth. heeft „Suadenburg".

7) „Inveniunt" leest B. A. en Matth. „invenerunt".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

invenerunt perterritam [1]), quod domino episcopo in instanti super suo mandato faciendo bonos obsides tradiderunt. Quibus omnibus dominus episcopus, sicut decuit [2]), non contentus, viriliter cum suis bone fortune et cepto cursu [3]) rote insistens, in ipso crepusculo, maxima pluvia [4]) ex inproviso de celo aereo [5]) defluente, totum robur Hollandie vicit et Florencium, prepositum in Trajecto, qui stulte se istis armatus contra episcopum inmiscuit, cum multis militibus captivavit, a quibus postea magnam pecuniam extorsit.

C. 16. De eodem episcopo et ejus morte.

Sequenti die versus Leyden procedens, potenter in Harlem hospitando, terram illam incendit, pro sua voluntate vastat et pecuniam accipit, quousque [6]) Lodowicus comes, qui cum maximo exercitu alia parte comitatum [7]) intraverat, ipsum ab infestacione comitatus, tamquam sui, recedere petebat. Quem episcopus, quamvis stulta petentem, fideliter exaudivit et recessit. Sed statim post suum recessum dictus comes totam terram illam, Wilhelmo superveniente, perdidit, qui per quosdam Selandenses

---

1) In B. stond aanvankelijk „protritam", wat veranderd is in „perterritam", welke lezing ook in A. en bij Matth. voorkomt.

2) Dit is de lezing van B. A. heeft „sicuit", Matth. „sicut".

3) „Cursu" lezen zoowel A. en B. als Matth. Weiland verandert in „cursui".

4) A. en B. lezen „maximam pluviam". Matth. heeft „maxima pluvia".

5) Zoo leest A. Matth. heeft voor „ex... aereo" alleen „ex coelo". In B. staat: „coelo aero", waarvan het laatste woord eerst later is ingevuld.

6) Zoo staat in A. en bij Matth. B. heeft „usque", doch voor „quo" is eene ledige ruimte gelaten.

7) Bij Matth. (1740) staat „comitatus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsum [1]), nimis securum, de comitatu fugavit et neptem suam, jam uxorem comitis, cepit et Texele [2]) misit ad Frisones in custodia decenter servandam. Et Lodowicus, quamvis infinitos postea attemptaverit cum maximis expensis insultus et labores, comitatum Hollandie, ad quem plenum jus habuit, nunquam poterat [3]) recuperare. Episcopus vero cum multa gloria et utilitate Trajectum reversus, fratrem suum Gerardum comitem [4]) cum multis aliis navali bello contra Hollandiam remisit et totum Thordrecht depredatum penitus igne cremavit. Ex hiis omnibus adeo convaluit et crevit, ut totus suus episcopatus, qui antea eum pauperem et inutilem despexit, in tantum honoraret et timeret, ut quidlibet a quolibet pro suo libitu [5]) et voluntate extorqueret, et Wilhelmus comes Hollandie, possessor comitatus Hollandie existens, mille marcas pro sua gracia [6]) sibi habenda donaret. Ex quibus omnibus dominus episcopus, quandoque [7]) in episcopatu pauperrimus, nunc vero ditissimus tantam pecuniam collegit, quod omnia predia ecclesie a suis antecessoribus inpignorata redemit, debita sua liberaliter solvit, curie Romane, que multis excom-

---

1) In A. en bij Matth. staat „ipsum", in B. ten onrechte „episcopum".

2) B. leest „in Texele".

3) Weiland heeft „potuit"; doch zoowel in A. en B. als bij Matth. staat „poterat".

4) Een latere hand voegt in B. hierbij „de Are"; in B. staat trouwens „comitem Gerardum".

5) „Libitu" ontbreekt in B. Een latere hand veranderde daarom „suo" in „sua" en „et" in „etiam".

6) „Sua gracia" in A. en bij Matth. B. heeft „gratia sua".

7) Zoo leest A. Matth. heeft „quanquam". In B. stond er „ante quidem", maar daarboven is als verbetering „quandoque" geschreven.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

municacionibus eum involverat, tribus milibus marcarum Sterlingorum et trecentis, seu turribus [1]), quas [2]) ipse apud Vollenho fabricari fecerat, pro debito vel indebito suorum duorum antecessorum, in scismate electorum, simul et semel expedivit. Castra sua omnia et civitates et quaslibet suas diversas mansiones infinitis victualibus ditavit, pecuniam vacantem in Horst reposuit, domino pape et regi, qui fratri imperatori Henrico in regno jam successerat, Philippo carus princeps extitit. Totum episcopatum in multa pace tunc rexit, a suis et ab alienis, qui vicini commanebant, venerabatur et timebatur; et sic anno ab introitu suo quarto decimo apud Daventriam in vigilia beati Nicholay obdormivit in Domino et in Trajecto apud sanctum Martinum honorifice sepultus est [3]) anno domini M°CC°XII°. [4])

Et nota, quod episcopus Theodericus nullam habuit discordiam cum Covordensibus vel cum Trentonibus vel cum illis in Groninghe. Sed libere pro sua voluntate ingrediebatur et egrediebatur Covordiam et Trentam, suis juribus contentus in Groninghe, quia pro omni dampno episcopo Baldewino illato in sua prima paupertate nongentas libras, que tunc trecentas libras valuerunt, acceperat et composuerat; et illam composicionem omnibus diebus sui episcopatus [5]) fideliter observavit.

---

1) De woorden „seu turribus" staan alleen in A.

2) In A. staat „quas", in B. en bij Matth. „quos".

3) „Est", dat voorkomt in A. en B., ontbreekt bij Matth.

4) In B. staat „millesimo ducentesimo"; doch het juiste jaar is op den kant geplaatst.

5) Bij Matth. staat „episcopatus sui".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. 17. De episcopo Ottone primo.

Episcopo Theoderico sic apud Trajectum feliciter sepulto, de successore tota ecclesia Trajectensis sollicitudinem electionis competenter inducunt [1]). Ad quam in maximo apparatu conveniunt comes Gelrie Gerardus, Ottonis filius, et comes Hollandie [2]) Wilhelmus, frater comitis Theoderici. Isti adduxerunt secum Adolfum Coloniensem archiepiscopum et Ottonem Monasteriensem et Gerardum Osnaburgensem episcopos et fratres carnales et alios nobiles infinitos. Quorum precibus obtinuerunt, quod Otto, hujus nominis primus, Xanctensis [3]) prepositus, frater ipsius comitis Gelrie, cujus eciam sororem habuit dictus comes Hollandie in uxorem, in episcopum ab omnibus eligitur [4]), juvenis bone spei, decem et octo tantum habens annos, corpore longus et pulcher, conversacione et moribus compositus, qui in secularibus et maxime in judiciis sic cepit esse discretissimus, ut ab omnibus non inmerito amaretur. Et propter vires comitum predictorum adeo timebatur, quod statim in primo suo introitu ministeriales ecclesie cum multa satisfactione et sua confusione et pecuniam et victualia, que [5]) in morte sui antecessoris turpiter rapuerant, sine mora restituerunt. Duobus annis et dimidio prefuit ecclesie in multa pace et omnium suorum subditorum quiete. Et cum Romam super minoris etatis

---

1) In A. en bij Matthaeus „inducunt", in B. „indicunt".

2) De woorden „comes Hollandie", in A. en B. voorkomende, ontbreken bij Matth.

3) Niet alleen bij Matth., ook in A. staat „Xanctensis" en niet „Xantensis", zooals Weiland aanneemt. In B. staat „Sanctanis".

4) „Eligitur" staat in B. Bij Matth. „eligeretur". In A. is „eligeretur" veranderd in „eligitur".

5) Zoowel A. als B. lezen „que", Matth. heeft „quam".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dispensacione [1]) ire disponeret [2]), gravis eum febris apud Vorthusen [3]) prope Altinis arripuit, in qua rebus suis et testamento suo ordinate dispositis debitum universe carnis, proch dolor! adinplevit. De quo loco a fratre suo comite et a matre sua nobili comitissa Trajectum reportatus [4]), apud sanctum Martinum cum multo planctu tocius populi omni, quo decuit, honore sepelitur anno domini M°CC°XV°.

Tempora istius electi, quia dyaconus mortuus est, fuere pacifica et jocundissima; totum enim episcopatum in nullis [5]) obligatum, omnibus bonis terre invenit superhabundantem, sicut suus antecessor providus eum post se reliquerat. Et castrum Covordie cum suis dominis Rodolpho et Frederico et omnes Trentones et totam civitatem Groninghe, que tunc fuit opulentissima, potenter et patenter ad suum nutum regebat, illis juribus [6]) contentus, quibus episcopus Theodericus omnia predicta in suum obsequium sollerter post episcopi Baldewini mortem conquisierat.

C. 18. De episcopo Ottone secundo.

Igitur predicti comites, de morte sui domini et affinis non modicum turbati, Trajectum conveniunt, animos et consilia ad promocionem domini Ottonis, ipsius ecclesie majoris prepositi, componunt inductu

---

1) Zoowel in A. en B. als bij Matth. staat „dispensacione". Weiland heeft „dispensacionem".

2) In B. staat „disponerent".

3) „Vorthusen" in A. en bij Matth., in B. ten onrechte „Vorsthusen".

4) Zoo leest Matthaeus; in A. en in B. staat „reportatur".

5) „Nullis" is de lezing van A. en Matthaeus; in B. staat „nullo".

6) Zoowel in A. en B. als bij Matth. staat „viribus"; in B. is echter de juiste lezing op den kant geplaatst. Ook Weiland heeft „juribus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fratris sui, domini Hermanni de Lippia, qui sicut vir sapiens et astutus illud eis per consiliarios ipsorum callide persuadebat, asserens eos tali episcopo, qui alienigena esset, et posse et debere dominari; sed exitus rei et virtus illius episcopi aliud postmodum demonstravit. Unde ad instanciam eorum Otto secundus, major Trajectensis [1]) prepositus, frater Hermanni de Lippia, filius sororis episcopi Theoderici, eligitur in episcopum anno domini M°CC°XV°. Qui statim, sicut novus dominus et electus, ab imperatore Frederico, hujus nominis secundo, regalia et episcopalem de licencia Coloniensis archiepiscopi apud Vrankenvorde accepit benedictionem. Ecclesiam omni debito exutam, episcopatum divitem et habundantem et redditus episcopales invenit plenos et ab omni jugo expeditissimos. Unde primum in multis copiis, ut vir potens, discretus et plurimum paciens et modestus, regnare incepit; sed non sic ultima primis respondebant, quia pluribus postea guerris et maxime civilibus et intestinis sua et non sua expendebat.

C. 19. De eodem episcopo et diversis aliis.

Gravissima enim discordia orta est inter ministeriales ecclesie [2]) in terra Vollenho [3]), quam ipse in multis laboribus et expensis tandem sedavit. Terram enim illam cum multa manu intravit, fere omnium militum bona incendit et [4]) taliter illos perdomuit, quod reliquis debitus timor et reverencia domini sui non inmerito incuteretur.

Non multo post cruce signatus in terram sanctam

---

1) In B. staat „Trajectensium".
2) „Ecclesie" ontbreekt bij Matth.
3) In B. en bij Matth. staat „Vollenho", A. leest „Volhenho".
4) Het woord „et" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proficiscitur; totus episcopatus committitur fratri suo Hermanno de Lippia, qui eum sollicite regens et in pace conservans domino suo et fratri, post annum et dimidium a peregrinacione redeunti, satis bene habentem resignavit.

Sed modica pace gavisus est, cum nova discordia pullularet inter episcopum et comitem Gelrie, suum promotorem, pro diversis causis et maxime pro theloneo, quo comes [1]) homines episcopatus injuste et crudeliter apud Lobede depauperabat. Ista causa, dum pro composicione [2]) ageretur, graves et intollerabiles in diversis conventibus principum requirebat expensas. Que tandem per [3]) Engelbertum, tunc Coloniensem archiepiscopum, videbatur esse composita; sed secus erat, quia comes amiciciam simulans, ministeriales ecclesie in Sallant et prope Vechtam occultis suggestionibus sic inflammavit, ut ipsi cum omni populo in Sallant conspirarent et contra suum dominum adeo crudeliter conjurarent, ut eum et suos villicos a se reicerent, nimium gravamen pro se allegantes, scilicet quod equi episcopi in bonis ipsorum indebite [4]) in anno bis hospitarentur; quod tamen ex antiquissimo jure et consuetudine nulli episcoporum unquam negabatur. Ex hac conjuracione indebita episcopus plurimum commotus, cum eos a suo malo proposito revocare per multas Trajectensium militum commoniciones non valeret, exercitum colligit, cui frater suus Hermannus et Theodericus, Monasteriensis episcopus, cum

---

1) Zoo lezen A. en Matth. In B. staat „communes".

2) Zoo lezen A. en B.; in B. is echter het woord „compositione" later ingevuld. Bij Matthaeus staat „per compositionem".

3) B. leest „per dominum".

4) Zoo luidt de lezing in A. en bij Matth. B. plaatst „indebite" achter „episcopi".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pulchra milicia se in Daventria conjunxerunt. Ubi episcopus, nil cunctatus, Sallandiam inperterritus invadit, cujus populum in [1]) municione et in aggere apud Herkelo congregatum et oppugnantem invenit. Pugnat et vicit; paucos occidit, sed plures capit. Et quamvis tota terra illa [2]) tunc aquis inundantibus subjaceret [3]), tamen milicia, in aquis periculose gradiens [4]), tria castra illius terre strennue inpugnat. Duo castra, que ambo Voerst [5]) dicebantur, capit et funditus destruit; tercium, scilicet Buchorst, usque ad turrim [6]) incendit. Et merito, quia domini istorum castrorum, videlicet de Buchorst Theodericus et duo Hermanni de Voerst, tocius mali hujus inventores et conspiratores extiterunt. Et sic omnes milites illius provincie a suis sedibus et domibus fugavit et potenter in bonis illorum suos equos hospitari mandavit. Populum in pecunia pro sua voluntate punivit [7]); et sic victoriosus Daventriam rediit [8]), adjutoribus suis valedicit. Ex hac victoria et prosperitate confortatus et animatus, deinceps rebus suis et paci ecclesie sue provide et strennue disposuisset, si comes dictus illos maledictos et expulsos ministeriales in [9]) Sutphania [10])

---

1) Voor „in" heeft B. ten onrechte „et".

2) Het woord „illa", voorkomende in A. en B. en bij M., ontbreekt bij Weiland.

3) „Subjaceret" staat in A. en B. Bij Matth. staat „subjacebat".

4) Voor „gradiens" heeft B. „congrediens".

5) B. leest hier en later „Vorst".

6) „Turrim" is in B. niet ingevuld, doch er is een open ruimte voor gelaten.

7) De woorden „populum ..... punivit", voorkomende zoowel in A. als in B., ontbreken bij Matth.

8) Matth. voegt hier in „et", dat noch in A. noch in B. voorkomt.

9) Voor „in", dat zoowel in A. als bij M. voorkomt, heeft B. „e", welk woord in „et" is veranderd.

10) B. heeft „Zutphania". Zoo ook elders.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contra dominum suum non manutenuisset. In tantam enim comes exarsit insaniam, ut in multis [1]) copiis se ad vindictam hujus facti tota estate sequenti prepararet. Econtra dominus episcopus, omnibus modis intendens defensioni suorum, obtinet, quod comitissa Flandrie Johanna, que illum totum comitatum propter captivitatem Ferrandi, viri sui, tunc regebat, in auxilium suum et ecclesie una cum duce Brabancie conjurat; qui tamen suum juramentum minime servaverunt, nusquam in auxilium episcopi venientes.

C. 20. Item de eodem episcopo et diversis aliis.

Estate ergo superveniente bellum hinc inde instauratur. Amici, affines et auxiliatores hinc inde evocantur. Concitantur milites ad solidos. Curruum [2]) et navium ad victualia deferenda validus fit apparatus. Et cum quadam festinacione duo gloriosi exercitus, sibi ad invicem inimicantes [3]), castra sua super Hunepam ex utraque parte aque [4]) metati sunt.

Et nota, quia [5]) Gerardus Bremensis archiepiscopus fratri suo carnali, domino Trajectensi, cum plurimis armatis venerat in auxilium. Affuit eciam illic Theodericus, Monasteriensis episcopus, et dominus Hermannus de Lippia et alii nobiles quam plurimi, quorum milicia, in unum computata, numerum mille militum superexcedebat; armigeros eciam plurimos

---

1) B. las voor „multis" aanvankelijk „multorum", dat echter in „multis" veranderd is.

2) In B. ontbreekt het woord „curruum"; doch er is eene ledige ruimte voor gelaten.

3) In B. is „inimicantes" eene verbetering. Er stond aanvankelijk „imminentes".

4) In B. is „aquae" ten onrechte veranderd in „aequi".

5) Voor „quia" heeft B. „quod".

fortes et invictos habuerunt. Et sic isti tres principes, in predicto loco coadunati, exitum belli et insultum comitis expectabant. Sed pars adversa longe majoribus viribus superhabundabat. Nam large preter infinitos armigeros duo milia militum electissimorum illuc cum comite extiterunt. Plurimos enim nobiles et strennuos capitaneos secum comites [1]) habebat, inter quos majores erant dux Walravenus et comes Seynensis Henricus, quos fere tota milicia Reni sequebatur, maxime de mandato et voluntate, ut fertur, domini Engelberti, Coloniensis [2]) archiepiscopi. Qui [3]), licet personaliter non adesset ad inpugnandum [4]) suum suffraganeum et [5]) eum, cui [6]) juramento se astrinxerat, tamen partem comitis, qui [7]) filius avunculi sui erat, de die in diem sic per eos, quos occulte mittebat, adauxit et confortabat [8]), ut episcopus et sui Daventriam confugere cogerentur. Et comes in obsidionem illorum procedebat.

C. 21. Item de eodem episcopo.

Cum hec sic agerentur, gravis pugna facta est inter homines episcopi, videlicet Trajectenses milites, et illos de Velua, qui in fugam conversi terram comitis,

---

1) In plaats van „comites" heeft B. conjunctos".

2) In B. en bij Matth. staat „Coloniensis", en in A. „Coloniēn", wat even goed een afkorting voor „Coloniensis" als voor „Coloniensium" kan zijn. Weiland heeft de lezing „Coloniensium" opgenomen.

3) In B. „quia" in plaats van „qui".

4) In B. „pugnandum" in plaats van „inpugnandum".

5) Bij Matth. staat ten onrechte „ut" in plaats van „et".

6) B. leest „cui etiam".

7) B. heeft „quia" in plaats van „qui".

8) „Confortabat" in A. en B.; bij Matth. „confortavit".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sibi commissam in custodiam [1]), turpiter reliquerunt. Et ne aliquis angulus episcopatus remaneret inconcussus et non destructus, Florencius juvenis, comes Hollandie, filius sororis Gerardi, comitis Gelrie, ab avunculo, quia pater suus Wilhelmus jam obierat, jam [2]) inducitur, ut cum navibus infinitis Leccam ascendens, ab occidente episcopatum invadit et domum episcopi cum tota villa Geini incendit [3]). Sic isti comites prepotentes et illa infidelis pars ministerialium de Transysla [4]) dominum suum ex omni parte rapinis et incendiis infestabant. Sed subito et ex insperato tumultus tanti belli in longas treugas deponitur. Et processu temporis, cum [5]) Engelbertus bone memorie Coloniensis archiepiscopus nequiter occisus et martyrio foret coronatus, Conradus Portuensis episcopus, apostolice sedis tunc legatus, se de controversia intromittit et eam, Deo gracias! totaliter componit.

C. 22. De composicione facta inter episcopum et comites.

Inter hec omnia notandum occurrit, quod in Sallandia [6]) comes Gelrie magnum habuit comitatum et [7])

---

1) In plaats van „in custodiam", welke woorden zoowel in A. als bij Matth. voorkomen, heeft B. „incustoditam".

2) Het woord „jam", in A. voorkomende, ontbreekt zoowel in B. als bij Matth; doch B. heeft in de plaats daarvan „ad hoc".

3) In B. en bij Matth. staat „invadat"; A. heeft „invadit". In A. en B. staat „incendit", bij Matth. „incendat".

4) Aldus lezen A. en B. Matth. heeft „Transisalania".

5) B. voegt hier in „dominus".

6) „Sallandia" zoowel in A. als in B.; Matth. heeft „Hollandia".

7) Het woord „et", ontbreekt bij Matthaeus (1740).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

divitem [1]) advocaciam super bona et litones [2]) ecclesie Esnensis. Et quamvis ista suis vasallis infeodasset, tamen doluit, quod ista per villicos domini episcopi et per suas duras et intollerabiles jurisdictiones omnino depauperabantur. Et, ut verum dicatur, hec fuit causa, quare ministerialibus illius terre querulantibus comes se adjunxerit. Sed ipsi ministeriales comitem prius dereliquerunt, graciam domini sui cum multo suo dedecore difficulter obtinentes. Unde comes, delusum se considerans a ministerialibus et eciam minus fore potentem ex morte domini et consanguinei sui, domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi, de consilio Conradi Portuensis episcopi, sui cognati et tunc summi pontificis legati, taliter cum episcopo et ecclesia componit, quod omnia, que in Sallant habebat [3]), sancto Martino contradidit, pro quibus ipse recepit in commutacione allodium in Elst et omnes litones [4]), illi attinentes, et allodium in Odelenberge et de [5]) denariis usque N [6]). Prepositurasautem et vasallos et ministeriales in illis locis episcopus sibi et sue ecclesie retinuit. Similiter comes Hollandie pro hominibus [7]) illis, qui dicuntur ministeriales [8]) Hollandie [9]), octingentas libras recepit. Et sic dominus episcopus et sibi et

---

1) In B. stond hier nogmaals „habuit"; doch dit woord is doorgehaald.

2) Zoowel in A. als in B. staat „lictones", wat in B. echter veranderd is in „lietones". Matth. heeft de goede lezing.

3) Zoowel in A. als in B. staat „habebat"; Matth. heeft „habuit".

4) Aldus leest Matth. In A. en in B. staat „lictones".

5) Dit woord ontbreekt in B.

6) De letter „N" ontbreekt in B.

7) Aldus lezen A. en B. Matth. heeft „ministerialibus".

8) Zoo luidt de lezing in A. en B. Matth. heeft „homines".

9) Voor „Hollandie" leest B. „Hollandenses".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suis successoribus perpetuam pacem feliciter comparavit, dignissimam ex hoc facto post se relinquens memoriam, sicut patet ex diversis privilegiis dictorum comitum, hinc inde curiose [1]) confectis, in quibus se non solum ad [2]) inconvulsam pacem, verum eciam ad perpetuum ecclesie auxilium et contra quemlibet obligaverunt.

C. 23. Origo disturbii sive parcialitatis.

Istis feliciter per omnia compositis, pax terre, que jam omnes letificare inceperat, mirabiliter et ex insperato turbatur per quandam sedicionem civilem et intestinam, que non solum miseras episcopatus reliquias deglutivit, sed quod miserabile dictu est, et episcopum et nonnullos [3]) nobiles cum pluribus [4]) militibus et armigeris inhumane devoravit. Cujus mali seriem non sine dolore vobis taliter declaro.

Rodolphus de Covordia et frater suus Fredericus cum Menzone de Gravestorp [5]) et filio ejus Henrico in omnibus factis et guerris predictis se [6]) quandoque bene, quandoque male cum domino suo episcopo continuerant. Sed semper in fine dentem caninum sibi ostendebant; immo quandoque bona sua incendiis et rapinis [7]) patenter devastabant. Quibus accidit, ut

---

1) Het woord „curiose" komt niet alleen in B. en bij Matth., maar ook in A. voor, wat Weiland ten onrechte ontkent.

2) Het woord „ad", voorkomende in B. en bij Matth., ontbreekt in A.

3) In plaats van „nonnullos" leest B. „multos".

4) In plaats van „pluribus" leest B. „plurimis".

5) B. leest „Gravesdorp". Zulke verschillen ook op andere plaatsen. Soms staat in B. „Grevesdorp".

6) In B. ontbreekt „se".

7) In A. en B. „incendiis et rapinis"; bij Matth. „rapinis et incendiis".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

se cuidam civili guerre in Groninge inmiscerent. Prefectus enim illius civitatis Egbertus cum suis cognatis graviter a Gelekingis, qui potentes erant et divites, discordabat. Tandem in medio civitatis confligens cum illis et vincens, ad majora [1]) se cum suis preparabat. Econtra Gelekingi se cum illis de Covordia confortantes, domum ipsius prefecti inpugnabant, ejectionem illius et mortem omnino preter suam culpam intendentes [2]). Cum hec et hiis majora dominus episcopus intellexisset, statim sine mora Groninge descendit, partes convocat, instat, monet, rogat et precipit, ut super hac discordia suo pleno stent consilio et mandato, quod majores et capitanei hinc inde coram omni populo juraverunt. Sed pars Gelekingorum juramentum, proch pudor! non observavit de consilio Rodolfi de Covordia, qui arbitrio et ordinacioni domini episcopi, quod ipse statim illic [3]) de multorum prudentum assensu honeste et competenter promulgaverat, sine causa in quadam superbia coram omnibus contradixit.

C. 24. Item adhuc de parcialitate eadem.

Episcopus ergo negocio illo non composito recessit; mandavit tamen quasdam treugas inter partes usque ad suum reditum observari. Medio tempore Egbertus cum suis consanguineis apud Glumme incepit castrum edificare, asserens ex eo non violari treugas mandatas, quia castrum et fundus in sua jurisdictione consistebant. Sed Rodolphus, cum Trentonibus advolans,

---

I) B. heeft „meliora" in plaats van „majora".

2) In B. staat „incendentes"; doch op den kant is dit verbeterd in „intendentes".

3) In B. staat „illic statim".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illud funditus destruit, in quo eciam omnem parentelam [1]) Egberti simul [2]) deprehendit et capit. Et ipsum prefectum, de civitate fugientem, persequi non cessavit. Egbertus vero domo, rebus, consanguineis spoliatus et amicis, in Frisiam cedit, amicos illic sollicitat et filii sui soceros et plerosque alios fortes prece conquirit et precio. Civitatem aggreditur, graves et periculosos insultus facit, instat, perseverat et vincit; civitatem capit, plurimos de suis inimicis in vincula retrudit. Et Frisones totam civitatem depopulantes, eam usque ad paucas domos igne concremaverunt. Et illi de Covordia maximo periculo evaserunt, qui statim Egberto suos consanguineos reddiderunt pro illis captivis, quos ipse sic victor comprehenderat. Quibus receptis, sicut vir multa virtute insignitus, ecclesiam beate Walburgis in modum castri munit, reliquam partem civitatis exuste et suis inhabitatoribus penitus vacuate defendere cum paucis proponit et de die in diem cives sibi faventes reliquis expulsis recolligit. Adversarii sui econtra cum Trentonibus et Covordensibus se ad recuperandum festinanter preparant, expensis et rebus, quibus adhuc superhabundabant, in nullo parcentes. Et sic dubius eventus belli de novo expectatur.

Quis furor, o cives, que tanta licentia ferri est?

C. 25. De preparacione belli et martyrio episcopi ejusdem.

Hiis auditis dominus episcopus de victoria Egberti plurimum gavisus est, quia eum sibi in omnibus

---

1) Aldus leest B., waarin echter de woorden „in quo eciam omnem parentelam" iets later zijn ingevoegd. Matth. heeft „parentelam omnem" en dit stond ook in A.; doch in dit handschrift is de lezing „omnem parentelam" door teekens aangewezen.

2) In plaats van „simul" staat in B. „similiter".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

invenerat paratum et obedientem. Unde illi guerre patenter se inmiscet, partem Egberti contra Gelekingos et Covordenses sibi assumit. Trentones vero, quia destructioni castri jam interfuerant, nimis presumptuose et stulte Covordensibus se bellando adjungunt; et sic inicia malorum subsequencium esse ceperunt. Igitur episcopus milites et armigeros in auxilium Groninge sue civitatis defendende festinanter mittebat. Et omnes milites de Sallandia in Umme [1]) posuit, ne Covordenses illos terminos episcopatus invadere possent et eciam propter hunc exercitum in obsidionem Groninge se mittere non auderent. Sed istos de Sallandia Rodolphus viriliter, quamvis cum paucis aggressus, ut feminas vincit et fugat et totum Umme [1]) depredatur. De hac [2]) victoria Trentones tantam sumpserunt audaciam, quod uno animo cum omni suo populo ardenter subsequuntur Rodolphum de Covordia, qui cum multo exercitu, quem [3]) de foris, videlicet de Steenvordia et de Dalen et de Loen [4]) et de Gore collegerat, ipsos precedebat. Quibus omnibus occurrunt Gelekingi cum multis Frisonibus, quos precio et precibus evocaverant. Et sic in unum coadunati civitatem Groninge, que a paucis defenditur, multo insultu inpugnant. Et de victoria nullum eis dubium esse videbatur, quia ex omni parte castris suis eam [5]) exustam, desolatam, amplam, civibus evacuatam, paucos habentem defensores, circumvalla-

---

1) Ten onrechte teekent Weiland aan, dat in A. zoude gelezen worden „Vunne". Zoowel in A. als in B. en bij Matth. staat „Umme".

2) In B. staat „de qua" in plaats van „de hac".

3) In B. staat ten onrechte „quamquam" in plaats van „quem".

4) In B. staat „Stenvordia" en „Lon".

5) In B. staat ten onrechte „etiam" in plaats van „eam".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verant; sed Egbertus cum suis et maxime cum illis [1]) militibus, quos episcopus illuc transmiserat, inpugnantibus strennuissime resistebat [2]). Tam dura et superba obsidio civitatis et suorum militum dominum episcopum in tantum commovebat, quod ex omni parte episcopatus sui milites et armigeros evocat; totum populum cum suis armis exire compellit, cognatos, vicinos et quosque suos amicos precibus et promissis et donis sollicitat. Gerardum comitem Gelrie, de novo suum factum amicum, auxilio personalem accepit. Comes Hollandie et comes Clivensis honestam miliciam sibi transmittunt. De Coloniensi et Monasteriensi episcopatu multi honesti et divites milites adveniunt, inter quos Bernardus de Horstmaria et Bodekinus comes de Benthem et Reynoldus de Rese precipui extiterunt. Aliorum nobilium non erat numerus; et sine dubio et nobiles et ministeriales et alii quicunque milites, qui jam [3]) arma dissueverant, et ex omni parte populus sic preter morem ad istum confluebat exercitum, ut ex quadam divina preordinacione in unam mortem et dampnacionem non inmerito coadunati timeantur. Quos omnes dominus episcopus letissimo vultu et animo jocundo apud Umme [4]) recepit [5]) et secum, ubi nunc castrum Harberge situm est, Nyenstede deducit, deinde Bergene et tandem apud Anen in loco [6]) funesto et maledicto

---

1) De woorden „et maxime cum illis" ontbreken in A. en bij Matth. en zijn door mij ontleend aan B.

2) In A. en B. staat „resistebant".

3) In B. is het woordje „ad" verbeterd in „jam".

4) Zie de vroegere aanteekening over dit woord.

5) In B. is „recepit" in „recipit" veranderd.

6) Het woord „loco" is ontleend aan B. Het ontbreekt in A. en bij Matth. Weiland nam het als conjectuur op, doch plaatste het achter „maledicto".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sua ultima figuntur [1]) tentoria. Quem infinite naves subsequuntur, victualia et machinas cum balistis et aliis armis bellicis in multa copia per Vechtam deportantes. Iste apparatus omnium [2]) bellorum suorum expensas longe superexcedebat [3]). Quibus auditis Rodolphus obsidionem solvit et cum omnibus suis se prope Covordiam contra dominum suum deponit, ita quod tantum una palus, bene ad dimidium miliare lata, aquosa et plana [4]), arbores et arbusta non habens, exercitus hinc inde dividebat. Attemptatur de pace, sed non proficitur. Rodolphus et fratres sui Fredericus et Godefridus, Menzo et Henricus de Gravesdorp et alii omnes Covordenses milites proscribuntur [5]) et bonis suis per debitas sentencias privantur [6]). Sed nec sic territi, dominum suum ad conflictum provocaverunt. Qui tandem in die Panthaleonis [7]) de consilio prudentum, sed non prudenter, se ipsum armat, totum exercitum convocat, qui tunc tantus erat, ut debitam omnibus incuteret ammiracionem [8]). Hortatur eos per indulgenciam [9]), predicat, jus suum et ecclesie allegat et data benedictione ipse cum omnibus illis ad paludem progreditur, sed a qua,

---

1) Bij Matth. staat „figunt". Niet alleen in B., ook in A. staat „figuntur", wat in de uitgave van Weiland niet is aangeteekend.

2) B. leest „omnes" in plaats van „omnium".

3) Ik volg hier de lezing van B. In A. en bij Matth. staat „superexcellebat".

4) B. leest „plana". In A. en bij Matthaeus staat „plena".

5) In B. staat ten onrechte „prostrabuntur".

6) In B. is „privabuntur" verbeterd in „privantur".

7) Zoowel in A. als in B. en bij Matth. staat „Panthaleonis". Weiland vermeldt ten onrechte „Pantaleonis" als lezing van A.

8) Aldus in A. In B. en bij Matth. „admirationem".

9) Zoo lezen A. en B. Matth. heeft „indulgentias".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proch dolor! non regreditur [1]). Dominus Rodolphus de Gore, sicut sui juris erat, vexillum beati Martini bajulat. Episcopus et comites et omnes alii sui, leti et quasi de victoria certi, diffuse et minus ordinate insequuntur. Venitur ad locum mortis, ymmo martirij. Bellum hinc inde incipitur [2]). Nostri, qui primi erant in acie, contra hostes procedentes [3]), statim paludi fetide et mortue paulatim [4]) inmerguntur et tandem propter armorum gravedinem penitus absorbentur. Quos Trentones sagittis et lanceis eminus et gladiis [5]) cominus inhumane, ut pecora, trucidabant. Ex quo malo principio tantus timor nostros invasit, ut totus ille miser exercitus, longe lateque per [6]) paludem diffusus, in nimis vesanam et verecundam [7]), ymmo in fugam mortiferam converteretur, adeo ut plurimi pre nimio cursu et estu, qui solito magis illo die invaluerat, suffocarentur et infiniti in aquis paludosis et inmundis, quod miserabile dictu est, turpiter submergerentur. Quos inimici, non ut homines, sed ut bestie mordaces, insequuntur; jacentes et semivivos inveniunt, rapiunt [8]), denudant et occidunt. Et ne aliquid desit eorum crudelitati, ipsum episcopum, quem ceperunt, expoliantes, coronam suam

---

1) De woorden „sed a qua, proch dolor! non regreditur" zijn ontleend aan B. Zij ontbreken in A. en bij Matth.

2) Zoo is de lezing van A. en B. Matth. heeft „incipit".

3) In B. staat ten onrechte „praecedentes".

4) Het woord „paulatim" ontbreekt in B.

5) In A. staat ten onrechte „gladius".

6) In A. en B. staat „per", bij Matth. „in".

7) Evenals Weiland volg ik de lezing van Matth. A. heeft „vesaniam" in plaats van „vesanam". B. leest: „in nimiam (veranderd uit „nimis") vesaniam et verecundiam magnam".

8) B. voegt hier in „capiunt".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gladio cum [1]) tota carne abradunt, guttur suum cultellis incidunt [2]) et diversis plagis mactant et conficiunt. Tandem carnem et corpus exanime paludi inculcant et inmergunt [3]); sed animam, tanto martyrio coronatam, Deo et beato Martino transmittunt. Sic carnifices occidendo defatigati, comitem Gelrie et Ghiselbertum de Amestelle et plures alios in infinitum vulneratos, captos et quasi morientes, vix vivos in castrum deducunt. Inter quos dominus Thidericus [4]), Daventrensis [5]) et Oldenselensis [6]) prepositus, frater domini episcopi, vir prudens et parcus, utilitati suarum ecclesiarum [7]) satis intendens, graviter in capite vulneratus, primus moritur et postea in Daventria sepelitur. Rodolphus vero et sui, ista mortificacione non contenti, equos ascendunt, naves et homines fugientes tota die usque ad noctem juxta ripam Vechte insequuntur; plures apprehendunt, capiunt et occidunt. Et sic cruore multorum nobilium et innocentum perfusi et vix saciati, ad suos captivos ipsa nocte revertuntur.

Et nota, quod ipse mulieres de terra, si poterant, plus quam viri in nostros miseros occidendo deseviebant. O dies, omnium nostrorum dierum funestissimus, in quo tot nobiles et electissimi milites et optime nacionis armigeri usque ad quadringentos cum domino suo episcopo perierunt tot mortibus, quia in fuga

---

1) In de plaats van „cum" heeft B. „et".

2) In A. staat „inscidunt".

3) In B. „submergunt".

4) Niet alleen in B. en bij Matth., ook in A. staat „Thidericus" en niet „Theodericus", zooals Weiland opgeeft.

5) In B. staat „Daventriensis".

6) Zoo lezeu A. en B. Matth. hecft: „Oldensalensis".

7) B. plaatst „suarum" achter „ecclesiarum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suffocabantur [1]), in palude mergebantur, a rusticis et mulieribus mactabantur. Inter quos periit Bernardus de Horstmaria, vir a prima [2]) sua juventute propter plurimas [3]) suas virtutes famosissimus, aliquibus papis et quatuor imperatoribus, quibus servierat, super omnes acceptus, in consiliis expeditus, largus, pulcher et longus, fortis et tamen compositus. Cujus miliciam et audaciam commendabant Richardus, rex Anglie, cui multum servierat in guerris et eciam quandoque ceperat istum regem in Austria, et Philippus, rex Francie, qui quandoque eum in bello Ottonis imperatoris [4]) ceperat, et maxime Sarraceni et Saladinus, ipsorum soldanus, quibus ipse in obsidione Akaron [5]) multa dampna et vulnera assidue [6]) et pre omnibus aliis infligebat. O ceca fortuna, que tantum virum a tot periculis mortis et in terra et in mari eripuisti, ut eum in tam inmundo loco et a tam inmundis sine omni defensa occidi permitteres [7])! Quia [8]), ut verum dicamus, iste in tota Alamannia et Theutonia parem non habuit, unde de sua [9]) tam miserabili morte totus noster orbis non inmerito dolet

---

1) De woorden „quia in fuga suffocabantur" zijn door mij ontleend aan B. Zij ontbreken in A. en bij Matthaeus.

2) Het woord „prima" ontbreekt in A. en bij Matthaeus.

3) Weiland teekent ten onrechte aan, dat het woord „plurimas" in A. ontbreekt; het komt zoowel in A. als in B. en bij Matth. voor.

4) B. leest „imperatoris Ottonis".

5) Aldus in A. B. heeft „Ackaron", Matth. „Accaron".

6) Zoo lezen A. en B. Bij Matth. staat „assidua".

7) Dit is de lezing van A. en Matth. In B. stond „permiseris"; doch dit is ook in „permitteres" veranderd.

8) In A. en bij Matth. „quia". B. leest „quin".

9) „Sua", voorkomende in A. en B., ontbreekt bij Matth.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et querulatur. Nomina aliorum magnorum militum [1]) vobis per singula distinguerem, si de istis mihi cogitanti magis non liberet flere quam describere. Sed hoc de vero sciatis, quod milicia Trajectensis et in personis honestis et in curialitate et in virtute et in omnibus bonis, quibus illa terre habundare consuevit, in hac maledicta palude diem, proch dolor! clausit extremum.

Et dominus Otto, Trajectensis ecclesie vicesimus octavus episcopus, sic occisus suis redditur et apud sanctum Martinum in Trajecto juxta tumbam [2]) avunculi sui, episcopi Theoderici, cum multo planctu sepelitur anno domini M°CC°XXVII°. [3])

C. 26. Recapittulacio priorum.

Ex predictis recollige, quia [4]) episcopus, dominus Otto, hujus nominis secundus, in primo suo introitu omnes angulos sui episcopatus omnibus bonis terre refertos invenit et superhabundantes. Clerici et milites et claustrales in omnibus sibi necessariis lasciviе-

---

1) In B. stond aanvankelijk „virorum"; doch dit woord is veranderd in „militum", welke lezing ook in A. en bij Matth. voorkomt.

2) B. heeft „tumbum".

3) In A. stond „MCCXXV°", wat door een zeer jonge hand veranderd is in MCCXXVII°. In B. luidt de lezing „M°CC° vicesimo quinto". Matthaeus heeft „MCCXXVI". Dat het jaar 1227 bedoeld is, kan niet twijfelachtig zijn. Wij weten van elders, o. a. uit de kroniek van Emo, uitg. van het Hist. Gen. bl. 116, dat bisschop Otto in 1227 is gedood. Een oorkonde van bisschop Otto — „datum Daventrie, anno gratie MCCXXVII, VII ydus Julii" — vindt men bij Sloet, Oorkondenboek n°. 508. Zie ook eenige plaatsen, aangehaald bij Sloet n°. 510.

4) In B. staat „quod" in plaats van „quia", terwijl op „quod" het woord „iste" volgt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bant [1]). Civitates, oppida et ville de pacis et rerum habundancia exultabant. Litones et coloni de suis laboribus fructum centesimum recipiebant. Quibus omnibus ipse potenter et patenter ad breve tempus [2]) imperabat. Quia vero judicia Dei occulta sunt, omnia predicta suis temporibus [3]) in contrarium statum penitus et in nimiam paupertatem detrudebant [4]). Primo per guerram, apud Vollenho inchoatam, que multas expensas et tocius illius bone terre exegit devastaciones. Secundo propter discordiam, in Sallandia exortam, que omnia bona omnium terrarum, citra Yslam consistencium [5]), indifferenter absorbebat. Tercio vero propter gravem illam dissensionem, quam secum habuerunt comites Gelrie et Hollandie, que omnibus predictis majores et incomparabiles [6]) requirebat expensas. Quartum vero bellum, in quo ipse occubuit et homines et quascunque tocius episcopatus reliquias et mores et honores et omnia jura episcopalia eviscerata ab oriente et occidente, a meridie et septentrione secum in mortem traxit et ruinam. Et inter hec omnia, quod precipua dignum est memoria, donavit Gerardo comiti Gelrie pro eis, que in Sallandia habuit, duo milia librarum et nepoti suo, comiti Hollandie Florencio pro quibusdam ministerialibus,

---

1) Dit is de lezing van B. A. heeft „laciviebant" of „lacuvebant". Matth., wiens lezing door Weiland wordt aangenomen, heeft „affluebant".

2) B. leest „breve ad tempus".

3) B. leest „temporibus suis".

4) Dit is de lezing van A. In B. staat „retrudebant". Matth heeft „detrudebantur".

5) In B. is het woord „consistentium" later ingevuld. Er was een ledige ruimte voor gelaten.

6) In B. staat „imparabiles".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dictis Hollandensibus [1]), dedit octingentas libras. Ex quo perpendi potest, quid potuerit terra nostra ante hec tempora. Unde nulli dubium existit, quin successori suo episcopatum reliquerit pauperrimum et ecclesiam nimis obligatam debitis, terram omnibus bonis exutam, milites pauperes, captos et semivivos, populum miserum et depopulatum, civitates, oppida et villas tam de rebus quam de suis civibus occisis querulantes, ita quod in omnibus finibus illis non est auditum, nisi ploratus et ululatus. Que tamen omnia nobis preter suam culpam evenerunt.

Et nota, quia XIII annis ecclesie prefuit [2]) Trajectensi.

C. 27. De episcopo Wilbrando.

Igitur anno domini M°CC° vicesimo sexto [3]) tota ecclesia, suo orbata pastore, ad eligendum novum dominum convocatur. Dies electioni [4]) prefigitur, ad quem, ut moris est, ab omnibus convenitur. Sed primis duobus diebus plus placuit omnibus, qui aderant [5]), plangere et ululare et flere quam eligere, quia a seculo non est audita [6]), quo ad nos, adeo inhumana cedes, qualem Covordenses et Trentones in episcopo et in tot nobilibus antedictis militibus et

---

1) In A. staat door een schrijffout „Hollendensibus".

2) Zoo lezen A. en B. Matth. heeft „praefuit ecclesiae".

3) Dit is de lezing zoowel van A. en B. als van Matth. Toch is zij onjuist en moet er gelezen worden „septimo" in plaats van „sexto".

4) „Electioni" is de lezing zoowel van A. als van B. en Matth. Weiland heeft echter „electionis", alsof dit de lezing van A. was.

5) De woorden „qui aderant", voorkomende in A. en B., ontbreken bij Matth.

6) Zoo leest Matth. A. en B. hebben beide: „auditum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ecclesie ministerialibus exercuerunt. Hiis omnibus comes Gelrie et Ghisilbertus de Amestelle novum dolorem addiderunt, qui semivivi, crudeli vulnere afflicti in medium cetum in ipso capitolio in spondis more defunctorum deponebantur. Breves enim tunc obtinuerant inducias a suis captivatoribus. Levatis ergo manibus plangunt, ejulant, plorant, vulnera monstrant, supplicant, consilium dant. Et obtinent, quod ab omnibus convenitur in dominum Wilbrandum, Paderburnensis ecclesie tunc episcopum, pro cujus [1]) postulacione honesti nuncii ad curiam et ad dominum papam transmittuntur. Ipso die et comites, qui [2]) aderant, et priores et ministeriales, tam pauperes quam divites, in vindictam sanguinis effusi uno animo conjuraverunt, quod quidam postea, ut verum dicamus, male servaverunt.

Et nota, quia predictus episcopus consanguineus fuit proximus comitis Gelrie et comitis Hollandie, qui eciam isti interfuit electioni. Notus eciam fuit Trajectensi ecclesie, quia major pars capituli eum quandoque, ymmo non multo ante, in majorem elegerunt prepositum. Erat eciam [3]) tunc prepositus Sutphanie et sex annis in Hildensemensi [4]) ecclesia majori prefuerat prepositure, de qua in Paderburnensem vocabatur episcopatum. Et sic de virtute in virtutem proficisci videbatur. De quo nostra sperabat ecclesia, ut ad vindictam tantorum malorum compe-

---

1) B. leest in plaats van „pro cujus": „propicius".

2) In B. ontbreekt het woord „qui".

3) Zoowel in A. als in B. en bij Matth. staat „eciam" of „etiam". Ten onrechte zegt Weiland, dat in A. „enim" zoude staan.

4) Zoo leest A. Matth. heeft „Hildensemmensi" en B. „Hildesheimensi".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tencior esset, tum [1]) propter dictorum comitum et aliorum [2]) cognatorum potenciam, quia nobilis fuit, frater comitum de Oldenburch, tum [3]) propter plurimam guerram et temporalium rerum exercicium et experienciam. Aliquot enim annis laboraverat in Longobardia, in Apulia, Calabria et Sicilia circa negocia imperialia domini Frederici imperatoris, hujus nominis secundi. Bis transierat mare, ubi in diversis laboribus et guerris Deo servierat. Domino pape Gregorio nono notus fuit et acceptus. Ad quem dum propter moram nunciorum Trajectensium personaliter accessisset, videtur, auditur, cognoscitur et de omnium cardinalium consilio Trajectensis ecclesie postulacio [4]) admittitur, de Paderborne Trajectum traicitur et transfertur et accepta benedictione apostolica in patriam tendit. In via autem [5]) apud Werdene a filio imperatoris, tunc in regem electo et consecrato, regalia recepit [6]). Ex hinc de Colonia, ubi se illi ecclesie et suo archiepiscopo representat [7]), debitam faciens [8]) obedienciam, Trajectum ire disponit.

Sed sciendum, quod jam annus elapsus erat, antequam novus iste episcopus ad suam perveniret [9]) ecclesiam; unde me transfero ad ea, que medio tempore fiebant a Covordensibus et Trentonibus, quorum me-

---

1) In B. staat „cum" in plaats van „tum".

2) B. voegt hier in „suorum".

3) Ook hier heeft B. „cum".

4) In B. stond „postulationi"; doch de letters „ni" zijn later tusschen haakjes geplaatst.

5) Het woord „autem" ontbreekt in B.

6) In B. staat „recipit"

7) „Repraesentat" staat in B. A. en Matth. lezen „representans".

8) In B. staat ten onrechte „patiens" in plaats van „faciens".

9) In B. is „pervenerit" veranderd in „perveniret".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

moria nunquam in bono habeatur. Isti dum a sepe nominata palude domum et ad suos multo sanguine perfusi et inebriati redirent, novo habito consilio se in obsidionem [1]) domini Egberti et Groningensium multa festinancia accingunt, quia Groningenses plurimum videbantur attoniti et desperati, tum quia dominus episcopus cum toto fere suo episcopatu interierat, tum quia sui et eciam milites comitis per conductum [2]) acceptum a Trentonibus ab eis omnino recesserant, tum quia inimici eorum, qui [3]) arma militaria usque nunc non habuerant, in armis militum occisorum in maxima turba et multitudine ad muros male defensos appropinquare [4]) videbantur. Quem non movissent ad lacrimas scuta ducenta tam egregiorum militum sibi notissima, que adhuc illorum cruore madida rubebant? Sed unum erat, quod animos nostrorum comfortabat, quia istos sub clipeis, sicut asinum sub pelle leonina cognoscebant [5]), qui quandoque, ut dicit fabula:

„*Turbabat pavidos per sua rura boves.*"

Ex quo eis inpugnantibus adeo strennue restiterunt, ut ab obsidione cum multo dampno et dedecore domum redirent et aliam novam maliciam attemptarent contra Twentones [6]). Quorum fines ipsi cum multis in vigilia Epyphanie pro exercendis rapinis et incendiis apud Hudam prope Ulsen invaserunt, in quo loco eos vicerunt ministeriales ecclesie de Tuentia [7]) et populus

---

1) Zoo lezen A., B. en Matth. Weiland deelt ten onrechte mede, dat in A. „obsidione" zoude staan.

2) In B. staat de onjuiste lezing „ductum".

3) Zoo leest Matth. A. en B. hebben „quia", doch in B. is dit veranderd in „qui".

4) Zoo lezen A. en Matth. B. heeft „approperare".

5) In A. en B. staat „cognoscebant". Matth. heeft „agnoscebant".

6) B. heeft ten onrechte „Trentones".

7) B. heeft „Tuenta".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illius terre, ita tamen quod [1]) victoria pocius Deo quam nostris paucis est asscribenda. Multi de adversariis sunt capti, qui statim, licet magnam offerrent pecuniam, in rotis singulis, ut tales latrones decuit, exaltabantur. Inter quos precipui [2]) erant milites Suetherus, frater Mentsonis [3]) de Gravesdorp, et Bertrammus [4]) de Hoven, multarum discordiarum incentor [5]) et executor. Ex hoc facto nostri ad cor reversi, pristinam sumentes audaciam, omnes terminos episcopatus ab illorum incursu defendebant. Et Trajectenses milites de expensis sue terre quadraginta armatos fortes et audaces cum armis et victualibus in auxilio domini Egberti Groninge transmittebant, ubi ipsi multa forcia et laudabilia sunt operati. Inter que potissimum extitit, quod filios Bertoldi sculteti et multos divites Gelekingos in sua speciali [6]) defensione, quam munierant [7]) apud Pedge, ceperunt et quosdam occiderunt; captivos vero in durissimis [8]) vinculis usque ad [9]) adventum sui novi episcopi in ecclesia beate Walburgis servaverunt. Et ipsa civitas deinde in multa permansit pace et securitate, bello hinc inde tepescente.

---

1) Dit is de lezing van A. B. heeft „tamen quod illa". Matth. heeft in plaats van „tamen quod" de woorden „tum quoque".

2) B. leest „praecipue".

3) In A. „Mentsonis", in B. „Menzonis", bij Matth. „Mensonis".

4) Matth. heeft „Bertramnus".

5) „Incentor" staat in A. en bij Matth. B. leest „intentor".

6) B. heeft ten onrechte „spirituali".

7) In B. staat ten onrechte „numerant".

8) In A. en B. staat „durissimis". Matth. heeft „clarissimis".

9) „Ad" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. 28. Qualiter episcopus sit receptus.

Igitur novus episcopus, sicut supra tactum erat, ab imperatore, quem in Apulia adierat, a papa, qui eum transtulerat, a rege, qui ei regalia donaverat, a Coloniensi archiepiscopo, cui debitam fecerat obedienciam, in omni plenitudine sue potestatis civitatem suam Trajectum primum [1]) ingreditur. Ubi ipse non solum a clericis et processionibus, verum a [2]) predictis comitibus et multis aliis nobilibus nec non a ministerialibus ecclesie, qui cum alio multo populo ex omni parte confluxerant ad illum jam diu expectatum adventum et introitum, cum ingenti, ut decuit, honore recipiebatur anno domini M°CC° vicesimo octavo, quinto die post beate virginis Marie assumpcionem.

C. 29. Item de eodem episcopo et Trentonibus.

Igitur celebratis missarum solempniis et prandio in palacio [3]) cum expensis debitis splendide consummato, ministeriales surgunt, gladios nudant, cum quibus miserabiliter contra Covordenses et Trentones proclamant, vindictam a novo suo domino cum multis lacrimis deposcunt. Et ut multa paucis concludam, gravis et solempnis expedicio toti episcopatui indicitur. Comes Gelrie et omnes captivi per sentencias principum coram rege suis proscriptis [4]) et exlegibus

---

1) Zoo leest Matth. Zoowel in A. als in B. staat „primam".

2) De woorden „processionibus, verum a", voorkomende in A. en B., ontbreken bij Matthaeus.

3) Zoowel in B. als bij Matth. staat „in palacio". In A. staat „in solacio palacio".

4) A. leest „proscriptis", Matth. „praescriptis". In B. is proscriptionibus" veranderd in „proscriptis".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

captivatoribus [1]) abjudicantur et sic Covordie non revertuntur. Et in sexta ebdomada terra Trentonum in die beati Gereonis [2]) copioso exercitu in [3]) pluribus locis inpugnatur.

Dominus enim episcopus, a suis prudenter instructus, premiserat in Groninge cum multis balistariis et armatis Boidekinum [4]) de Benthem, qui plurimos [5]) de suis militibus in dicta palude perdiderat, et Ottonem de Horstmaria, qui avunculum suum Bernardum de Horstmaria vindicare ardenter siciebat. Et isti [6]) cum Egberto prefecto, eciam cum omnibus de Groninge et cum multis Frisonibus apud Nutzpete [7]) eos inpugnabant. Sed ipsi minus profecerunt [8]), cum eciam quosdam strennuos viros illic occisos minus caute perdidissent.

Secundo loco et in alia parte terre accesserunt quidam Frisones de Westergo, per indulgenciam domini pape et exhortacionem domini episcopi evocati, qui potenter terram intraverunt apud Backenvene et combustis aliquot domibus cum multa rapina domum revertebantur, bello nondum consummato.

Tercio vero loco, qui est super [9]) Cunram fluvium

---

1) „Captivatoribus" lezen A. en Matth. In B. stond „captivationibus"; doch dit woord is in „captivatoribus" veranderd.

2) In B. „Jereonis".

3) „In", voorkomende in A. en B., ontbreekt bij Matth.

4) In A. staat „Boidekinum", bij Matth. „Bodekinum". B. heeft „Goidekinum comitem".

5) Dit is de lezing van B. A. en Matth. hebben „suos plurimos".

6) In plaats van „isti" heeft B. „illi".

7) In A. staat „Nutzpete", bij Matth. „Mitzpete", in B. is de naam niet ingevuld.

8) B. heeft „perfecerunt".

9) Zoowel in A. als in B. en bij Matth. staat „super". Ten onrechte neemt Weiland aan, dat in A. „supra" zoude staan.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apud Brokope, Frisones de Stauria et de Lenna [1]) sic viriliter eos inpugnabant, ut Trentones eis obsides super satisfactione, domino episcopo et ecclesie facienda, jam tradere [2]) incepissent.

Unde in quarto loco [3]) contra meridiem milites de Tuentia prope Covordiam terram Trente audacter intraverunt, in qua totum Emne [4]) depredatum combusserunt; sed illic non perstiterunt.

Quinto eciam loco apud Umme milites de Daventria et de Sallandia et de Vechta per paludem prope Restam [5]) intrantes, quandam partem terre contra Runen [6]) incendere ceperunt.

Quo viso dominus episcopus, qui se deposuerat cum exercitu infinito ultra Steenwic [7]) prope Huffulte, non moratur [8]); sicut vir in bellicis negociis plurimum exercitatus, arma rapit [9]), suos invocat, clamat, mandat, precipit, hortatur et sic instat, quod sui ipsam terram strennue inimicis fugientibus intraverunt et totum Enze combusserunt [10]). Et in continenti illi duo

---

1) In B. schreef een jongere hand „Lemra" boven „Lenna". Ook in C. 39 staat in B. bij het woord „Lenne" op den kant „Lemra".

2) B. heeft ten onrechte „tandem" in plaats van „tradere".

3) Het woord „loco", voorkomende in B., ontbreekt in A. en bij Matth.

4) B. heeft ten onrechte „Ruyne" in plaats van „Emne".

5) Zoo leest B. A. en Matth. hebben „Rescam".

6) Dit is de lezing van B. In A. en bij Matth. staat „Rimen".

7) B. heeft „Stenwyc".

8) Niet alleen in B. en bij Matth., maar ook in A. staat „moratur" en niet „moratus", zooals Weiland opgeeft.

9) „Rapit" is de lezing van Matth. Zoowel A. als B. hebben „rapiunt".

10) A. en B. lezen „intraverunt" en „combusserunt". Matth. heeft „intraverint" en „combusserint".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exercitus de Umme et de Stenwyc feliciter convenissent, si nox superveniens illos non impedisset.

Et nota, quod omnibus istis sex predictis exercitibus Covordenses et [1]) Trentones sex alios exercitus econtra cum suis capitaneis opponentes, viriliter satis restiterunt; sed non poterant se a nostra defendere nimietate. Unde in die beati Victoris summo mane se in graciam et in potestatem domini episcopi tradiderunt sub hac forma. Primo juraverunt et super eo tradiderunt quadraginta obsides in Vollenho custoditos et compeditos, quatenus in certis terminis satis brevibus domino episcopo pro dampnis et expensis tria milia marcarum Coloniensium refunderent et consiliariis in quadringentis marcis placerent. Et post annum mitterent in Levoniam [2]) pro animabus illorum, quos in palude occiderant, centum bellatores, qui in suis expensis per integrum annum deservirent. Quibus omnibus istud pro potissimo dominus episcopus adjecit, ut ipsi de suis agris, quos multos possident, tot et tantos in unum componerent, ut ex illis cenobium de viginti quinque prebendis edificaretur in eo loco, ubi suus antecessor cum tot suis egregiis viris occubuerat, quatenus illic eorum perpetua apud Deum [3]) ageretur memoria. Ex qua ordinacione tota ecclesia suum novum dominum plurimum collaudabant [4]). Ista promiserunt pro se tantum ipsi Trentones. Rodolphus vero et sui fratres resignaverunt ecclesie et episcopo perpetuo sine omni questione possidenda duo castra,

---

1) Het woord „et", ontleend aan Matth., ontbreekt in A. en B.

2) In B. zijn de woorden „in Levoniam", waarvoor ruimte was gelaten, eerst later ingevoegd.

3) In B. stond „dictum", maar dit is in „Deum" veranderd.

4) Matth. (1740) heeft „collaudabat".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scilicet Lare, quod statim destruebatur, et [1]) Covordiam cum omnibus suis attinenciis et jurisdictionem Trente. Quibus omnibus episcopus quendam militem strennuum et discretum, sed nimis crudelem, ut postea patebit, Eylardum nomine, potenter [2]) prefecit, Rodolpho et fratribus suis cum aliis incolis terre sub quadam speciali securitate et ex pacto commorantibus [3]).

C. 30. Item de eodem episcopo.

Predictis omnibus et juramentis et obsidibus bene formatis, episcopus dictos [4]) sex gloriosos exercitus in multa gratulacione dissolvit, per quos fama sua bona propter habitam victoriam ubique [5]) dilatabatur.

Et nota, quod comes Gelrie et Hollandie in hiis omnibus se ecclesie et episcopo, suo consanguineo, subtraxerunt, nullum omnino prestantes auxilium vel consilium. Sed episcopus, ne aliquid obmittat [6]) de contingentibus, in continenti Frisiam intrat. Stauriam, Herlinge, Lijwart et Dockinge perlustrat et in die Symonis et Jude a Groningensibus in tanto desiderio recipiebatur, ut ei intranti „*Advenisti desiderabilis*" [7]) decantarent [8]). Ubi rebus suis et civitatis illius de consilio Egberti prefecti, quem multis dena-

---

1) „Et" ontbreekt bij Matth. (1740).

2) Niet alleen in B. en bij Matth., ook in A. staat „potenter". Ten onrechte geeft Weiland als lezing van A. op „patenter".

3) Het woord „commorantibus" is in B. later bijgeschreven.

4) In B. staat „dictus".

5) „Ubique", voorkomende in A. en B., ontbreekt bij Matthaeus.

6) Zoo leest A. Matth. heeft „omittat" en B. „omitteret".

7) Zoo leest Matth. B. heeft „desiderabiliter". In A. staat „desiderabil" met een afkortingsteeken.

8) „Decantarent" in A. en B. Bij Matth. „decantaretur".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riis [1]) honoravit, per dies octo dispositis, Gelekingos et scultetos in duris vinculis, sicut eos invenerat, dimisit. Et tunc primo Trentones, qui cum omni suo populo se ad suos pedes cum multis lacrimis prostraverant, absolvit, gracie [2]) sue ipsos restituit. Et ipsi eum Covordiam concomitantur, quod ipse tunc in possessionem suam et ecclesie corporaliter recepit. Quibus omnibus Rodolphus et sui fratres interfuerunt, ipsum factum episcopi verbis, assensu, sentenciis exinde datis et suis privilegiis super hoc confectis publice corroborantes. Et Eylardum pro domino terre et custodem castri humiliter receperunt.

Hec omnia maxima fiebant solempnitate et expensis [3]). A quo loco Trajectum ad festum sancti Martini ab omnibus festinabatur, ubi dominus episcopus, Deo et beato Martino ad graciarum actiones assurgens, missam celebrat et coram tota ecclesia formam pacis facte enucleat et constanter affirmat, se terram et castrum nunquam deinceps ab ecclesia alienaturum. Sed necessitas rerum subsequencium aliud postea requirebat.

Quantum tunc ex merore oriatur gaudium, quantum post nimium luctum solacium, quanta spes pacis et quietis in cordibus tocius populi, jam pluribus annis tribulati, nasceretur, non est facile ad rescribendum [4]). Sed hic [5]) nota, quod hiis omnibus feliciter actis et compositis episcopus se ad diversas suas, ut moris est, transfert villicaciones, in quibus cum villicis sui

---

1) Zoowel in A. en in B. als bij Matth. staat „denariis". Weiland wil echter „donariis" lezen.

2) B. heeft „gratiaeque"; doch „que" is doorgehaald.

3) In plaats van „expensis" heeft B. „expensa".

4) B. leest „describendum".

5) B. en Matth. lezen „hic", A. heeft „hec".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

antecessoris, qui neminem ex hiis mutaverat, debitas sub testimonio ministerialium ponit raciones. Quos omnes non solum ad manus nichil habentes, sed infinitis invenit debitis obligatos, ad quorum solucionem ipse tenebatur. Unde a sapientibus computata sunt debita sui antecessoris usque ad mille et ducentas marcas. Propria vero [1]), que in presenti traxerat guerra, quia infinitas in pluribus locis requirebat expensas, erant mille DCC et una [2]) marca et duo solidi. Unde animum et mores omni studio ad hoc componit, ut a guerris se contineat, paci studeat, expensis parcat, debita solvat, ut [3]) ecclesia Trajectensis per suam sollicitudinem in pristinum statum et in debitum reformetur honorem.

C. 31. Qualiter Rodolphus castrum Covordie traditorie [4]) receperit.

Sed verum est, quod homo proponit, Deus disponit. Quod hic manifeste apparuit, quum [5]) statim infra annum hoc bonum propositum in [6]) miserum exitum est dispositum et conversum ex eo, quod episcopus, de contingentibus nichil obmittens [7]), Covordiam munit armis, balistis, sagittariis, multis victualibus,

---

1) B. voegt hier in „debita".

2) In B. ontbreken de woorden „et una" en is het volgend woord „marcae".

3) B. leest „utque".

4) Dit is de lezing van A. en niet „tradicione", zooals Weiland opgeeft. Bij Matth. staat „proditorie" en niet „proditione".

5) Bij Matth. staat „quia" en eveneens bij Weiland. In A. staat echter „quum", en eveneens in B.; doch in dit handschrift is „quum" veranderd in „quin".

6) B. heeft in plaats van „in" ten onrechte „et".

7) In B. en bij Matth. staat „omittens".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

militibus, armigeris. Quorum quidam suadente Dyabolo pecunia corrupti et a dictis tribus fratribus seducti [1]), castrum sic omnibus bonis habundans et munitum nequiter tradiderunt, quia istis post prandium in villam descendentibus et alios secum trahentibus hostes, quos ipsi in molendino [2]) suburbii absconderant, pontem castri preoccupant, portam succidunt et inpugnant, viros innocentes, qui pauci erant et optime se defendebant, tandem vincunt, quosdam capiunt, alios crudeliter mactando occidunt, et suos traditores recolligunt et se iterum ecclesie et domino suo episcopo, cui fidem dederant et juraverant [3]) et qui nichil mali [4]) apud eos meruerat, patenter et potenter opponunt. Istud accidit anno domini M°CC°XXVIII°. [5])

C. 32. Qualiter se iterum episcopus ad bellandum disponit.

Quarta vero hebdomada hujus prodicionis episcopus, ad cor rediens, circa diem Simonis et Jude de consilio ecclesie iterum se ad guerram et ad novos labores contra Covordenses preparat et accingit [6]). Milites colligit, cum quibus se Nienstede deponit, ubi castrum Hardenberge ad munimen et defensionem [7]) episcopatus circa Yslam erigit et munire incipit per portas et

---

1) Hier eindigt handschrift A.

2) Zoo leest B. Matth. heeft „molendinis".

3) De woorden „et juraverant" ontbreken bij Matthaeus.

4) Het woord „mali" ontbreekt in B.

5) Zoo lezen en B. en Matth. Het juiste jaar is echter 1229. Vgl. Emo (ed. van het Hist. Genootschap) bl. 120.

6) Dit is de lezing van Matth. B. heeft „imperat et succingit".

7) B. heeft tusschen „defensionem" en „episcopatus" eene ledige ruimte, alsof een woord moest worden ingevuld.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plancas [1]), quas de Sculenburch abstraxit. Et sic inter ista duo castra tam vicina quotidiani tumultus et guerre discursus oriuntur, donec episcopus statim post [2]) in Adventu Domini ipsa hyeme, que solito plus et asperior inhorruerat, Covordiam multo populo et milicia circumvallavit, paderellas et duas machinas et castellum ligneum super glaciem, que tunc optato fuit spissa, plana et firma, viriliter et cum multa instancia ad castrum capiendum erexit. Sed in his omnibus et expensas et novam spem subito perdidit per invisum ventum et per [3]) subitam pluviam maledictam, qui [4]) illos viros sacrilegos, parricidas sui episcopi, perfidos et perjuros et modo quasi captos et desperatos liberaverunt, exercitum adeo molestantes, ut toto apparatu illic dimisso recedere cogeretur. Ex quo facto nostri plus confundebantur et inimici exaltabantur, dicentes Deum, ventos, pluvias, coelum et aerem speciales suos esse defensores.

Et nota, quod de omnibus istis et de guerra tota terra Drentie pacifice se habuit, asserens se prodicionem et tradicionem [5]) castri penitus ignorare et dolere [6]). Et dicebat se in hac parte velle quiescere et exitum belli expectare. Quod episcopus a Drentis acceptavit, quia aliud facere non potuit; et per illos cum paucis Groninge intravit, ubi eis centum obsides reddidit,

---

1) Zoowel in B. als bij Matth. staat „plantas"; doch in B. is door eene latere hand de lezing „plancas" aangegeven, die ook door Weiland als conjectuur is opgenomen.

2) Het woord „post" is ontleend aan Matth. en ontbreekt in B.

3) „Per" ontbreekt in B.

4) Zoo leest B. Matth. heeft „quae".

5) Bij Weiland zijn de woorden „et tradicionem" weggelaten, ofschoon ze niet alleen in B., maar ook bij Matth. voorkomen. In B. is „perditionem" verbeterd in „proditionem".

6) De woorden „et dolere", ontbreken bij Matth.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quos illi posuerant, ex tali pacto, ne exercitum in obsidione castri infestarent. Et sic illic toto Festo quievit, donec novum gelu magnum et asperum ex insperato advenit. Quod episcopum in tantum subito animavit, quod de Groninge Frisiam intravit, cujus fines peragrans majoribus et minoribus perfidiam et tradicionem Covordensium conquerendo in ordine patefecit et contra illos consilium et auxilium omnium Frisonum postulavit. Qui, sicut viri devoti et catholici suo patri et episcopo compassi, auxilium et exercitum ei contra illos parare promiserunt. Quorum bonum et pium propositum et belli apparatum quedam subita tempestas, que omnem glaciem cum turbine dissolvit, proch mirum! retardavit et disturbavit.

Et episcopus, illinc rediens Vollenho, recolligit illam terram; et totum Stenwijc [1]) ad defensionem sui contra Covordenses et Drentones [2]), qui satis manifeste partem illorum fovebant, armavit, plures milites et armigeros, ecclesie ministeriales, in gravibus expensis in villa et in terra [3]) Stenwijc [4]) collocavit. Quos non multo post Covordenses per incendium domus Beukinck [5]) incitaverunt [6]) ad excursum et ipsos, incaute et stulte se persequentes, vicerunt, occiderunt et omnes diciores milites sic generaliter ceperunt, ut tota illa vicinia succumberet desperata.

---

1) Bij Matth. „Steenwyc".

2) In B. is „Drentones", welke lezing ook bij Matth. voorkomt, veranderd in „Trentones".

3) Zoo leest B. Matthaeus heeft „turri".

4) Matth. heeft „Stenwic".

5) Dit is de lezing van B. Bij Matth. staat „Benkint". Ook in B. is later een n boven de u geplaatst.

6) Het woord „incitaverunt" berust op een conjectuur. Zoowel in B. als bij Matth. is eene ledige ruimte gelaten, die door Weiland met „incitantes" wordt ingevuld.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et tota Drenta cum Covordensibus conjuravit. Dicebant enim homines male fidei, quod illi ex quadam divina potencia ventis, pluvie et glaciei possent imperare. Episcopus [1]) vero ex omnibus istis adversitatibus minime victus, suos defensores ad custodiam episcopatus in gravibus expensis Vollenho, Umme, Hardenbergc et Ulsen [2]) super Tuentam animose collocavit, siccitatem [3]) venture estatis optans et exspectans. Et medio tempore nichil actum est dignum scripto vel narracione. Sed hoc sciendum, quod dominus Egbertus de Groninge et sui consanguinei et omnes Groningenses ab ecclesia et episcopo non recesserunt.

C. 33. De quadam composicione fratrum [4]) inter episcopum et Rudolphum et de morte ejusdem Rudolphi.

Superveniente igitur estate fratres de Covordia et Drentones, qui tunc contra suum juramentum ipsis manifeste assistebant, inceperunt timere constanciam episcopi, qui omnibus modis se preparabat contra ipsos, quatenus duceret exercitum [5]) ad expugnandam Drentiam in gravi multitudine pugnatorum. Inter quos maxime timuerunt Frisones de decanatibus Staurie, Ostergo et Westergo. Unde per suos legatos sepe et instanter offerebant, quod de toto suo scelere perpetrato sine omni contradictione libere et absolute vellent ipsorum stare arbitrio. Hoc ipsum obtinuerunt Frisones a domino episcopo, qui eos obaudire nolebat propter

---

1) In plaats van „episcopus", welk woord in B. staat, heeft Matth. „Post".

2) In B. staat „Ulsen", bij Matth. „Uken".

3) B. leest „siccitates".

4) Dit is de lezing van Matthaeus. Misschien is „fratrum" te veranderen in „facta".

5) Bij Matth. staat „exercitum duceret".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

spem auxilii jam instantis. Unde totum negocium datum est in manus et arbitrium quorundam abbatum de Frisia, qui illud multis [1]) et diversis juramentis confirmaverunt [2]). Et ipso die in colloquio, quod erat prope Gethorne, pronunciaverunt omnes captivos hinc inde illico [3]) absolvi et ad sua remitti; quod sine contradictione factum est. Ex quo episcopo magnum commodum accrevit, quia plurimi captivi sui divites et valentes et in hac guerra multum potentes sibi reddebantur. Supplebantur [4]) eciam quidam denarii de prima composicione sibi promissi; sed preter istos Drentones de tribus millibus promissis plus quam mille libras detinuerunt. Et quia abbates semper illos infames invenerunt, protervos eciam [5]) et inobedientes, ipsum arbitrium non promulgaverunt usque in Octavis Pasche; et sic jam annus fuit elapsus ab introitu arbitrii. Quod tale fuit. Mandaverunt, „ut episcopus in unum locum [6]) inter Hardenberge et Covordiam cum Drentonibus et Covordensibus consederet [7]) et illi de Covordia darent ei et ecclesie suas proprietates in proprium, valentes duo millia marcarum, et quod exularent ad annum et postea parati essent servire ecclesie et episcopo centum et quinquaginta armatis in illis locis, ad que eos secure posset conducere propter suas speciales inimicicias. Et darent ecclesie duodecim vasallos inbeneficiatos, quos ecclesia antea non habuerat, et cum mille se humiliarent et peterent

---

1) B. voegt hier in „juramentis".
2) Matth. heeft „confirmarunt".
3) Matth. heeft „ilico". B. leest „tertio".
4) Matth. leest „et supplebantur".
5) Het woord „eciam" ontbreekt in B.
6) In B. staan de woorden „in unum locum" achter „Covordiam".
7) B. heeft „concederet".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pedes episcopi usque ad unum miliare. Et darent super eo privilegium, quod nulla de causa recederent a servicio ecclesie in perpetuum. Et eciam sibi astarent contra Drentones, si non servarent arbitrium Frisonum et composicionem vel si in posterum aliquid maligni attemptarent contra episcopos."

Ista omnia Covordenses promiserunt et fide data juraverunt [1]) se observaturos; et statim prope Bergene dederunt duodecim vasallos et bona sua usque ad valorem mille et VIII marcarum. Et dederunt privilegium tale, quod si in aliquo irent [2]) contra promissa, quod ipso facto essent transgressores fidei, perjuri, excommunicati et exleges et castrum Covordie et jurisdictio Drentie et omnia [3]) illis attinencia sine omni defensione juris vacarent ecclesie. Et episcopus de consensu ecclesie et de speciali licencia domini pape recepit eos absolutos et inbeneficiavit eos castro et omnibus bonis novis et antiquis, ut tenerent eo jure, quo gaudebant tempore episcopi Theoderici, sicut continent plene privilegia super istis confecta.

Addiderunt eciam arbitri, ut Drentones pro novis et antiquis dampnis, multipliciter episcopo illatis, solverent episcopo ad certos terminos duo milia marcarum et sexcentas marcas. Quod illi facere renuerunt. Et, ut multa breviter concludamus, Covordenses ad antiquum vomitum reversi, se iterum de novo rusticis juramento et obsidibus copulaverunt contra ecclesiam et episcopum sine omni causa, sed tantum ut diu

---

1) Zoo leest Matth. In B. staat „fide data promiserunt et juraverunt".

2) In B. staat „irent", bij Matth. „venirent".

3) „Omnia" ontbreekt in B.

consuetam, inveteratam et [1]) innatam [2]) sibi perfidiam de novo ostentarent.

Super quo facto arbitri plurimum indignati post plurimas admoniciones tandem circa festum Marie Magdalene et Drentos et Covordenses perfidos, perjuros et [3]) excommunicatos denunciaverunt ubique et maxime in Frisia, ut illos contra eos ad servicium episcopi, sicut promiserant, excitarent.

Et nota, quod statim post predicti malefactores copioso et inproviso exercitu venerunt Stenwic et illud sibi ad suum mandatum et servicium jurare compulerunt; deinde summo [4]) mane processerunt Gethorne, illud et totam terram Vollenho et ipsum [5]) castrum volentes capere et occupare. Sed episcopus de Suollis [6]) adveniens cum illis, quos in momento evocare poterat, ipsis corporaliter et eciam pedes velociter et strennue occurrit super vene vel paludem ad defensam suorum, qui tamen pauci erant, sed viriles et animosi. Et per quosdam mediatores factum est, ut conflictus differretur; et [7]) bellum ad quindecim dies fuit treugatum ob spem cujusdam nove composicionis. O mira et miranda talium malefactorum praesumpcio! Unum episcopum, patrem et dominum suum, in palude fetida sine causa crudeliter interfecerunt et alium suum dominum, successorem et episcopum, eciam in [8]) consimili luto et fetore mortem suam

---

1) B. plaatst „et" voor „inveteratam".

2) Zoowel in B. als bij Matth. staat „innovatam", welk woord echter door Weiland terecht is veranderd in „innatam".

3) „Et" ontbreekt in B.

4) In plaats van „summo" heeft Matth. „primo".

5) In B. staat „ipsum"; Matth. heeft „istud".

6) Zoo is de spelling in B. Matth. leest „Zwollis".

7) B. heeft in plaats van „et" „ad".

8) „In" ontbreekt in B.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

expectare compulerunt. Sed Deus, misericordiarum [1]) dominus, istorum canum rabidam insaniam amplius non omnino inpunitam sustinuit, quia eos in tam reprobum sensum dedit, ut Rodolphus de Covordia, uno tantum servo comite, castrum Hardenberge ascenderet, episcopo super concepta pace et composicione locuturus. De cujus stulto adventu episcopus plurimum miratus et turbatus, eum [2]), sicut potuit et debuit, acriter redarguit, quod se in medios suos capitales et mortales inimicos precipitaret. Qui de istis presumptuose et sicut sibi tunc placuit respondit. Cui tamen episcopus, sicut honor suus exigebat, quia [3]) in domum suam venerat, in omnibus bene cavisset et securum ea via, qua venerat, scilicet in navi, remisisset [4]), si [5]) Henricus de Gravesdorpe [6]), incentivum omnium malorum, non statim intravisset ecclesiam Nienstede, occasione misse audiende, cum viginti armatis. In qua incepit habere verba nimis incomposita et litigiosa cum parochianis super quadam decima, sibi [7]) a tempore guerre detenta, adeo ut castellani, qui propter presenciam Rodolfi, quem non libenter videbant, eciam illuc descenderant, turbati et indignati secum primo ad verba, deinde ad arma concurrerent. Quosdam vulneraverunt et eciam ab illis revulnerati sunt. Quosdam

---

1) In B. stond „injuria". Dit is veranderd in „miseriarum" doch aan den kant is de juiste lezing „misericordiarum" vermeld, die ook bij Matth. voorkomt.

2) „Eum" ontbreekt bij Matth.

3) B. heeft „qui" in plaats van „quia".

4) In B. is „remissus" veranderd in „remisisset", welke lezing ook bij Matth. voorkomt.

5) B. heeft „sicut" in plaats van „si".

6) Matth. heeft „Gravestorpe". Zoo ook later.

7) Zoo leest B., terwijl Matth. „sed" heeft in plaats van „sibi".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

occiderunt. Henricum de Gravesdorp gravissime vulneraverunt [1]) et eum cum tribus aliis captum ad castrum reduxerunt. In continenti fit clamor et a viris et a mulieribus, quatenus Rodolfus, omnium parentum suorum occisor, moriatur. Quo audito episcopus cum suis Rodolfum armat et eum omnibus modis defendere et de manibus illorum liberare laborat, non ideo quod in suo conducatu illuc pervenit [2]), sed quia treugatum [3]) extitit et eum jam habuit in domo sua et potestate. Sed episcopus minime perfecit [4]), quia tot illic erant sui mortales inimici, ut potenter cameram episcopi destruerent et parietes inciderent et illum captum extraherent. Quem in continenti occidissent, si eum turpiori morti non reservassent. Ex quo facto episcopus dolens et confusus a castro recessit. Castellanis et omnibus aliis graciam suam dedixit. Trajectum properat, totum istum eventum ecclesie, sicut erat, exposuit et curiose ad hoc laboravit, ut per ecclesiam illi a morte liberarentur; sed in hac peticione omnes una voce sibi contradixerunt. Unde factum est, ut illi duo, Rodolfus et Henricus, octavo die in conspectu multorum nobilium et majorum et minorum, qui illuc confluxerant ad negocium promovendum, quia gaudebant de vindicta suorum parentum, prope Nienstede in rotis confringerentur [5]) et exaltarentur. Et nota, quod tercius erat dominus

---

1) De woorden „et eciam ab illis ... vulneraverunt" waren in B. weggevallen; doch zijn later aan den kant bijgevoegd.

2) B. leest „pervenerit"

3) Zoowel in B. als bij Matth. staat „treugatum", welk woord Weiland in „treugatus" verandert.

4) Zoo leest Matth. In B. is „perfecit" veranderd in „profecit".

5) Zoo leest Matth. In B. stond eerst „configerentur" en dit is veranderd in „confrangerentur".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Menso de Gravesdorp, pater domini [1]) Henrici, quem medio tempore castellani prope Covordiam occiderant et statim in rota exaltaverant. Sic tota provincia dedit gloriam Deo preter episcopum, qui tamen pre omnibus aliis gauderet, si solus Rodolfus de domo et camera sua non extractus fuisset. Intellexit eciam, quod quidam emuli sui sibi inponerent mortem illius; super quo postea sepius lucide et sufficienter se excusavit.

Acta sunt hec anno domini M°CC° tricesimo [2]) in festo beati Iacobi apud Hardenberch a Wenemaro sculteto et ab Eylardo de Benethem, cujus filium et uxorem Covordenses quandoque [3]) ceperant et sub cujus custodia castrum Covordie, sicut supra dixi, rapuerant, et a multis aliis, qui capitanei ipsorum inimici extiterant. Hinc [4]) primum instauratur bellum.

C. 34. De preparacione ad bellum.

Igitur episcopus, ad recuperacionem perditorum et ad vindictam sui antecessoris totis viribus semper intentus, ecclesiam suam convocat, super dando consilio eam, ut decuit, sollicitat. Et tandem post multum tractatum ab omnibus in eo convenitur, ut episcopus personaliter ad Frisones discurrat, indulgenciam clamet et predicet et eis iter [5]) contra Drentones [6]) et Covordenses in quandam certam remissionem peccatorum

---

1) „Domini" ontbreekt in B.

2) Zoowel B. als Matth. hebben het jaartal 1230. Vgl. de Inleiding.

3) In B. staat „aliquando"; doch daarin is met latere hand de lezing „quandoque" aangewezen.

4) Zoo leest Matth. In B. staat „nunc".

5) Zoo luidt de lezing van Matth. B. heeft „interim".

6) B. heeft „Drentones"; Matth. „Drentos".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suorum injungat. Quem illi, sicut filii patrem, devote cum multa reverencia curiose receperunt. Ad staciones indictas humiliter accurrunt [1]). Novam graciam, eis per suum episcopum large apportatam [2]), debita fide et credulitate acceptant. Ad arma se preparant contra Dei et ecclesie inimicos [3]) et occisores [4]) sui patris et episcopi, perfidos, infames et perjuros, contemptores Frisonum in transgressione [5]) arbitrii, sicut abbates Frisie, quibus commissum erat arbitrium, in singulis cetibus et stacionibus predicando confitebantur.

Econtra nostri adversarii se animantes, quosdam Frisones sibi collaterales de episcopatu Monasteriensi, scilicet Langewalt et de Vrodewalt [6]) et Vevelgones, prece et precio et mutuo auxilio in suam defensionem et prodicionem [7]) trahunt et [8]) juramentis hinc inde factis perpetuo connectunt. Groningenses eciam Hunsegones sibi vicinos in simul trahunt et conjurant societatem, ex eo maxime quia tunc temporis Hunsegones [9]) et Vevelgones diro bello in [10]) invicem dimicabant; et inter eos ipsis diebus plurimi extiterunt nudati, capti et occisi.

---

1) Matth. leest „accurrunt", B. „occurrunt".

2) In plaats van „apportatam" leest B. „apportarant".

3) Het woord „inimicos", dat zoowel bij Matth. als in B. ontbreekt, is reeds door Weiland ingevoegd.

4) Zoo leest B. Bij Matth. staat „occisorum".

5) Dit is de lezing van B. Matth. heeft „et transgressores".

6) Matth. heeft „Vredewalt".

7) Matth. leest: „perditionem", B. „proditionem",

8) In B. ontbreekt het woordje „et".

9) In B. zijn de woorden „sibi vicinos ... Hunsegones" weggevallen.

10) „In" ontbreekt zoowel in B. als bij Matth. Weiland nam het reeds op.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et post pauca dies belli contra Drentones [1]) indicitur, ad quem [2]) nostri Frisones, tanquam veri peregrini et sue ecclesie Trajectensis specialissimi defensores, non ex jure, cum sint homines liberi et ab omni jugo servitutis et cujuslibet pertinentis [3]) dominii exuti, ex mera et pia compassione et propter indulgenciam predicatam episcopo parati evocantur per suos plebanos, per decanos, per monachos et viros religiosos et per abbates. Quorum omnium memoria semper in bono habeatur et precipue apud ecclesiam Trajectensem, quamdiu substiterit [4]), quia pro illius honore et liberacione nec verbis, nec consiliis, nec rebus, nec affinibus, nec caris amicis vel parentibus pepercerunt extunc et in antea. Imo [5]), quod omnibus istis majus erat, pro ea proprium sanguinem suum effuderunt, sicut infra patebit. Ad quorum exhortacionem tot et tanti confluxerunt, ut exercitus in duos prudenter divideretur, ita ut omnes de decanatu Staurie et de Westergo et de Nova terra et de Bornego [6]) et de Smalena super Backenvene convenirent, illic Drentos inpugnaturi; reliqui vero, hoc est illi, qui manent a Lywart [7]) usque ad Lavicam, omnes per Mernam cum Hunsegonibus Groninge intrarent, quos episcopus contra hostes personaliter rexit et produxit [8]). Et reliquis suis amicis duos decanos, scilicet Staurie et

---

1) B. heeft „Drentos".

2) Matth. en ook Weiland hebben „quam" in plaats van „quem".

3) In plaats van „pertinentis" heeft B. „prementis".

4) Hier ter plaatse is in B. eene ledige ruimte gelaten, alsof eenige woorden moesten worden ingevuld.

5) B. heeft „Imo", Matth. „Quin imo".

6) Bij Matth. staat „Bornego", in B. „Bernego".

7) In B. stond hier en elders „Lyware", dat veranderd is in „Lywarc".

8) Zoo leest Matth. In B. staat „perduxit".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Westergoie, viros honestos et discretos, super Backenvene prefecit.

Ordinaverat eciam per copiosos sumptus et largas expensas in sua terra tres [1]) magnos exercitus. Primum super Tuentam contra Covordiam. Secundum apud Ummen contra Runen [2]) et Restam. Tercium vero, qui habebat mille et sexcentos equites et quatuor milia peditum, miserat Vollenho contra Stenwyc prope Wiltholte [3]) pugnaturos. Et pro omnibus istis exercitibus indesinenter fiebant a populo jejunia et eleëmosyne [4]) et processiones, a monachis et monialibus, conversis et inclusis, clericis et canonicis oraciones et devote supplicaciones per omnes angulos episcopatus et ecclesias illi adjacentes. Et certissima fuit nobis spes victorie et contra illos divine, sicut meruerant, ulcionis, quia de contingentibus nichil videbatur obmissum [5]) quantum ad Deum et quantum [6]) ad debitum belli apparatum. Sed, quod mirabile dictu est, aliter nobis contra speratum evenit [7]), quia sine dubio in hoc casu patuit manifeste, quia *judicia Dei abyssus multa*, et vere dici potest, quia:

„*Ludit in humanis divina potencia rebus*".

Dies enim conflictus omnibus predictis exercitibus [8]), qui magni et gloriosi convenerant in quinque locis

---

1) Het woord „tres" is in B. later ingevoegd.

2) Dit is de lezing van B. Matth. heeft „Renenses".

3) In B. staat „Wiltholte", bij Matth.: „Wilthalte".

4) Zoo leest B. In Matth. staat „elemosinae".

5) B. heeft „omissum".

6) In B. stond „quicquam ad Domini et quicquam", doch dit is veranderd in „quantum ad Deum et quantum", zooals ook bij Matth. staat.

7) In B. staat „evenit", bij Matth. „advenit".

8) B. heeft ten onrechte „exercitus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

jam dictis, in festo Luce fuit assignatus. Et ut brevibus verbis nostrum dedecus excuciamus, tres magni exercitus, extra Frisiam per ministeriales ecclesie ordinati, nichil fecerunt; sed, sicut viri tunc tantum fruges consumere nati, exitum belli et factum Frisonum exspectabant, consilia quotidie tractantes ardua et magna de invisibilibus generosis [1]). Et postquam exitum rei vix intellexerunt, ad sua inglorii revertebantur, tanquam re [2]) bene gesta. Illam [3]) autem suam turpitudinem Deo inposuerunt propter quandam pluviam, que subito superveniens factum nostrorum [4]) satis videbatur inpedivisse. Quod vere dicere poterat episcopus et illi, qui apud Nutspete [5]) prope Groninge acies suas illo [6]) die disposuerant [7]), sed confligere non poterant et propter gravem pluviam et ex eo maxime, quoniam Drenti et Vevelgones et ipsorum complices undique evocati [8]) in nimia et miranda multitudine obsistebant [9]). Priori etenim die fugaverant Frisones, qui super Backenvene convenerant, per quandam occultam et maledictam tradicionem, quos, antequam se armarent vel acies disponerent, ex inproviso invaserunt; et eos ad arma recurrentes et

---

1) Bij Matth. staat „generosis" en de eerste letter van dit woord werd ook in B. geschreven, doch daar vervangen door eene afkorting, die „conversis" schijnt te moeten beteekenen.

2) In B. is het woord „re" in „se" of „a se" veranderd.

3) In B. „illam", bij Matth. „eam".

4) Bij Matth. staat „nostrorum", in B. „nostrum".

5) Dit is de lezing van B. Matth. heeft „Mitspete".

6) B. heeft „illo", Matth. „illa".

7) In B. „disposuerat".

8) Zoo leest Matth. B. heeft „exonerati", welke lezing steun vindt in C. 40, waar het woord „exhonerati" gebezigd wordt.

9) Bij Matth. staat „obsistebant", in B. „resistebant".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inter se incaute [1]) tumultuantes persecuti, occiderunt fere quinquaginta et plurimos in dura [2]) vincula deposuerunt.

Et sic, proch dolor! omnes isti exercitus dissoluti sunt et inimici Dei et ecclesie elevati sunt in superbiam nimis intolerabilem. Accidit autem hec cedes Frisonum apud Backenvene a° domini M°CC° tricesimo primo [3]) in crastino Luce Evangeliste.

C. 35. Item de eodem et diversis aliis.

Frisonibus igitur ad sua redeuntibus, ipsorum occisi in diversis locis vel claustris sepeliuntur. Pro captivis et vulneratis discurrunt et laborant monachi, ut ab hostibus [4]) pro multa liberentur pecunia. Tota Frisia clamat et querulatur, quidam pro episcopo et indulgencia, quidam contra ipsum. Groninge [5]) in nimia ponitur desperacione. Et ab omnibus dubitatum est, an eciam episcopus aliqua via illinc [6]) per terram vel per mare secure recedere permittatur, cum ipse tamen predicando indulgenciam et penitencias injunctas [7]) relaxando vel minuendo, penitentes et eliminatos reconciliando ob ecclesie sue deliberacionem nichil demeruit. Sed spiritus, ubi vult, spirat et a suo datore per interventum beati Martini episcopo, sic ab omnibus relicto et desperato, spiritus consilii et for-

---

1) B. heeft ten onrechte „caute".

2) In B. staat „dura", bij Matth. „dira".

3) Zoowel in B. als bij Matth. is het jaartal 1231, hetwelk echter door Weiland in 1230 wordt veranderd. Zie de Inleiding.

4) De woorden „ab hostibus" ontbreken bij Matthaeus.

5) In B. is de lezing aldus: „quidam contra, ut ipsum Groninge".

6) In plaats van „illinc" heeft Matthaeus „vel".

7) In B. was achter „penitencias" een ledige ruimte gelaten, die later is aangevuld met het woord „injunctas", dat ook bij Matth. voorkomt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

titudinis in tanta concessus libertate [1]), ut statim suos de Transysla [2]) in gravibus expensis per mare tempore hyemis evocaret. Per quos Groninge mirabiliter [3]) animavit et ab inimicis non solum defendit, imo eos sic timere coegit, ut prope Nutspete [4]) castrum novum ad custodiam sue terre levarent [5]) et in illo plurimos bellatores collocarent, quibus fecerunt expensas et dederunt salarium de bonis episcopi et suorum, que [6]) in suis terminis [7]) libere poterant et consueverant occupare. Et sic tota illa hyeme discursum est et pugnatum inter ipsum [8]) castrum et Groninge. Et [9]) quodam mane, quia nostri tunc temporis semper meliori fortuna utebantur [10]), castrum ceperunt, in quo tamen paucos occiderunt et quosdam captivaverunt. Hunsegones eciam, nostri auxiliatores, suos speciales inimicos et nostros adversarios, scilicet Vevelgones, medio tempore sepe vicerunt, ceperunt et in processu guerre plurimos occiderunt, sicut plenius patebit. Rebus sic bene dispositis in Groninge et in Hunsegonia, episcopus fractas vires belli in omni parte prudenter recolligens, episcopatum suum et Trajectenses [11]) et

---

1) Zoowel in B. als bij Matth. staat „libertate". Weiland vermoedt echter, dat er moet staan „liberalitate".

2) Voor „Transysla", dat in B. staat, leest Matth. „Transisulania".

3) Hier volg ik Matth. In plaats van „mirabiliter" heeft B. „munivit".

4) Dit is de lezing van B. Matth. heeft „Mitzplete".

5) Het woord „levarent", aan B. ontleend, ontbreekt bij Matth.

6) B. heeft ten onrechte „qui".

7) Zoo leest B. Matth. heeft „terris".

8) In plaats van „ipsum" heeft B. ten onrechte „episcopum".

9) In B. is „et" later ingevoegd.

10) Bij Matth. is de lezing „utebantur fortuna".

11) Zoo leest B. Matth. heeft „Trajectum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoscunque alios amicos suos literis et bonis nunciis consolatur, adversa supprimens, prospera magnificans et extollens. Se iterum personaliter de introitu et negociis Frisie intromittit, non parcens persone sue, laboribus eciam vel expensis. Adventum suum Frisonibus prescribit, staciones indicit, suos in Groninge pugnantes postponit et per Mernam veniens a Lavica predicare incipit. Et ut brevius expediamus [1]), tantam graciam invenit apud Frisones et tam piissimam compassionem, ut plus sua incommoda quam propria conquererentur. Sepe enim viderunt episcopum ad aliqua loca, cum aliud fieri [2]) non posset propter rupturas viarum, pedes cum sua familia ambulare. Ex quo accidit, ut tota illa magna, dives, nobilis et gloriosa Frisia suum episcopum, tanquam unus homo, quod tamen invisum erat usque ad hec tempora, sequerentur [3]) et in nullo [4]) discreparent a sua peticione, imo vel jussione. [5])

C. 36. Quomodo Trentones compulsi sunt pacem petere.

Inter ista accidit, ut omnes amici vel auxiliatores episcopi in Frisia et [6]) extra ad ipsius constanciam et instanciam cum multa velocitate ad arma contra Drentos properarent [7]) propter quoddam gelu, quod circa festum

---

1) Dit is de lezing van B., die van Matth. „expediamini".
2) B. heeft „fieri", Matth. „facere".
3) Matth. heeft „sequerentur", B. „consequerentur".
4) B. leest „nulla".
5) Zoo leest B. Matth. heeft „visione".
6) B. heeft „et", Matth. „vel".
7) B. heeft ten onrechte „praepararent".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Candelarum subito et optatum [1]) horruerat et fere omnes paludes pervias fecerat et induratas. Sed sicut gelu [2]) subito venit, ita subito recessit. Sed [3]) tamen inimici nostri adeo territi fuerunt, ut omnibus modis pacem peterent. [4]) Et per multos intercursus abbatum et aliorum virorum bonorum tandem multa difficultate obtentum est, ut totum negocium belli et discordie et omnia dampna nova et antiqua committerentur hinc inde arbitrio et ordinacioni omnium abbatum Frisie et quorundam aliorum prudentum [5]), quos ad hoc elegerunt et episcopus et Frisones et Groningenses. [6]) Et cum hec multitudo concordare non posset, in ultimis creditum et commissum est totum factum abbatibus de Ludinkerke et de [7]) Sancto Bernardo et cellario [8]) Claricampi. Et reliqui abbates, quorum pia facta nunquam a memoria bona recedant, cum majoribus et nobilioribus tocius Frisie, qui [9]) plurimi advenerant, in magnis expensis apud Groninge novem diebus pronunciacionem arbitrii una cum episcopo expectaverunt. Et dicti arbitri suum arbitrium prope Nutzpete [10]), partibus illic convenientibus et audientibus, taliter pronunciaverunt:

---

1) In plaats van „optatum", zooals Matthaeus' lezing luidt, heeft B. „optationi" en als tweede lezing „ex inopinato".

2) „Gelu" ontbreekt in B.

3) B. heeft „sed", Matth. „et".

4) Dit is de lezing van B. Matth. heeft „petierint".

5) B. heeft „prudentium".

6) Zoo leest Matth. B. heeft „Groninge".

7) In B. staat „de", bij Matth. „et". Weiland veranderde in „et Sancti Bernardi".

8) Zoo leest Matth. In B. is „celleario" veranderd in „cellenario".

9) In plaats van „qui" heeft B. „quia".

10) Zoo staat in B., ofschoon daar met een jongere hand „Mits" boven „Nutz" geschreven is. Matth. leest „Mitzplete".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. 37. Forma et modus composicionis.

„Volumus et mandamus, quatenus omnes captivi hinc inde dimittantur". Quod statim factum est, cum illuc [1]) adducti fuissent. „Volumus eciam, ut quilibet hinc inde sue restituatur possessioni. Episcopus quiete possideat Hardenberge [2]) et Covordia detur in feodo domino Frederico [3]) possidendum eo jure, quo sui antecessores illud possidebant tempore episcopi Theoderici. Et episcopus in nullo inpediatur in suo jure vel dominio per totam Drentam [4]). Ipse et sui nuncii intrent et exeant securi et honorati. Pro occisis et pro omnibus dampnis episcopus et Frisones recipiant decem milia librarum Groningensis monete ad certos terminos; et sic lites quiescant." Oportuit ergo, quia juratum erat, ut ista, quamvis omnia non placerent, illic complerentur usque [5]) ad solucionem pecunie. Et addiderunt, ut „quicunque ista firmiter non observaret, esset convictus, infamis, perfidus et perjurus et ab omni gracia Dei et communione sancte ecclesie separatus."

Super quo tradiderunt scriptum suum, sigillis omnium abbatum Frisie munitum. Et in signum et fedus pacis perpetue oscula mutua ab inimicis hinc inde dabantur et precipue inter Covordenses et dominum Egbertum de Groninge et suos filios et consanguineos, ut antiquum odium plenius sopiretur. Addiderunt eciam „quod, si dominus Fredericus arbitrium et fidelitatem jam factam non servaret ecclesie vel episcopo contra quemlibet, ipsum [6]) castri et terre feodum sine omni questione vacaret episcopo et suis successoribus."

---

1) Zoo leest B. Matth. heeft „illic".

2) B. heeft „Hardenbergo".

3) of „Fretherico", zooals Matth. heeft. Zoo ook elders.

4) B. heeft „Drentam", Matth. „Trentam".

5) „Usque" ontbreekt in B.

6) In plaats van „ipsum" heeft B. ten onrechte „episcopum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et sic a loco recessum est, omnibus sperantibus, quod hec pax et composicio nunquam deberet infringi ab aliquo.

Acta sunt hec apud Nutzspete [1]) anno domini M°CC° tricesimo primo [2]) in quadragesima Oculi mei.

C. 38. De quibusdam tunc contingentibus.

Inter predicta vero notandum occurrit, quod arbitri jam prenominati guerram Hunsegonum et Vevelgonum componere non poterant, quia potestatem non habuerunt [3]); sed ad aliquot menses inter se treugaverunt. Egbertus vero prefectus in Groninge et Fredericus, dominus tunc de Covordia, bona fide promiserunt domino suo episcopo, quod [4]) ipsi pacem et concordiam inter illos elaborarent; quod minime tamen fecerunt. Unde postea infinita mala et dampna inter ipsos sunt subsecuta [5]); quod infra plenius dicetur.

Omnibus ergo predictis sic compositis et treugatis, episcopus patenter ad recessum se preparat. Solvit accommodata, cives convocat; illis cum multis gracia-rum actionibus valedicit. Et in ipso cetu apud Groninge coram toto populo in atrio ecclesie computatum est, quod ista guerra semper maledicta duraverat quinque annis continuis, in qua ceciderant [6]) plura centenaria virorum forcium et pugnatorum. Ubi eciam episcopus manifeste et veraciter monstravit, quod ipse in illa guerra de sua camera de parata pecunia quinque

---

1) B. heeft „Nutzspete", Matth. „Mizpete".

2) Zoowel in B. als bij Matth. is het jaartal 1231. Zie de Inleiding.

3) B. heeft „habuerunt". Matth. „habuerant".

4) Matth. leest „quia".

5) B. heeft „secuta", Matth. „subsecuta".

6) Zoo is de lezing van B. Matth. heeft „ceciderunt".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

milia marcarum et sexcentas et quinquaginta duas marcas [1]), terra vero [2]) sua per diversos exercitus evocatos dampnificata erat large ad..... [3]) marcarum, preter gravissimas et frequentes exactiones, quas quotidianus apparatus belli requirebat. Unde laboribus et expensis nimium [4]) jam defatigatus, gaudet de pace, Frisiam intrat, ubi omnibus Frisonibus valedicit et in magna ipsorum laude et amicicia ab eis recedit. Per Vollenho et Daventriam Trajectum revertitur.

De cujus adventu et vix sperato reditu omnes gaudebant preter illos, qui tempore sue absencie totam terram Trajectensem diversis insultibus inter se ipsos tumultuantes, rapinis et incendiis tota illa hyeme infestaverant. Ad quorum correctionem cum episcopus et expensis et collecta militum manu [5]) satis infructuose fere tota illa estate laboraret, tandem tota illa discordia per Florencium, comitem Hollandie, filium Wilhelmi comitis, qui priori anno militare inceperat, penitus est sopita.

Et episcopus se [6]) ad quietem et ad solucionem debitorum suorum disponit et deponit, quia Romani ipsum et ecclesiam super multa pecunia, in postulacione episcopi accommodata et expensa [7]), citacionibus, suspensionibus et excommunicacionibus indesinenter, sed [8]) injuste fatigabant. Cum quibus tandem in certam

---

1) Dit is de lezing van B. Bij Matth. staat „V millia marcarum et DCLXII marcas".

2) Matth. en Weiland hebben ten onrechte „vera".

3) Noch in B., noch bij Matth. is het cijfer ingevuld.

4) Matth. heeft „nimium", B. „nimirum".

5) Het woord „manu" ontbreekt zoowel bij Matth. als in B. Het werd reeds door Weiland opgenomen.

6) In B. is het woordje „de" veranderd in „se".

7) B. leest „expensa et".

8) B. leest „sed", Matth. „et".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

summam convenitur et componitur [1]); et sic ab omnibus liberacio ecclesie sperabatur.

C. 39. De discordia cum Trentonibus nova.

Qui habet audiendi aures, audiat, miretur et doleat, quod ille hostis antiquus, spiritus nequam, insufflator tocius mali, semper invidens paci et maxime quieti ecclesiarum, corda Covordensium et Trentonum, a quibus adhuc nondum recesserat, de novo adeo insufflando excitavit, ut nescio qua temeritate inducti, iterum se de novo in auxilium Vevelgonum adarmarent et Groningensibus pacem dedicerent et castrum suum prope Nutzpete [2]) repararent et munirent. In quo posuerunt plurimos armatos, quibus de novo assignaverunt omnia bona episcopi et suorum. Illorum [3]) nuncios, sicut tamen dictum erat in arbitrio, non admittebant. Et ut breviter [4]) multa concludamus, arbitrium in nullo servaverunt, nec eciam modicam partem pecunie promisse [5]) ad primum terminum solvere volebant. Episcopum et Frisones parvipendentes, Groninge magna multitudine cum Vevelgonibus obsederunt. In quos cives cum Hunsegonibus tercio die insurgentes et e portis prorumpentes, in [6]) die octava Marcii vicerunt et eos fugientes persecuti sunt, multos occidentes et plurimos capientes, de quorum curribus plurima spolia et arma et sexcentos equos abstraxerunt. Et sequenti

---

1) Dit is de lezing van B. Matth. leest „deponitur".

2) Dit is de lezing van B., in welk handschrift aan den kant met een jongere hand de lezing „Mitspete" is geplaatst. Matth. heeft „Mizpete".

3) B. had „illorum tamen"; doch „tamen" is doorgeschrapt.

4) Bij Matth. staat „breviter", in B. „brevius",

5) Matth. heeft „promissae pecuniae".

6) Het woordje „in" is in B. later bijgevoegd.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

die terram Vevelgonum pro magna parte combusserunt, illic plurimos occidentes, nudantes et capientes. Et non multo post quodam die ante ortum solis novum castrum prope Nutzpete [1]) quidam viriliter et fortissime inpugnare ceperunt. Alii vero strennue procedentes totum Lare cum ecclesia combusserunt, ubi multum populum, qui illic tunc convenerat ob nundinas, fugaverunt, quibus equos et infinita pecora, illic ad vendendum conducta, abstulerunt. Castrum in reditu expugnaverunt. Inde [2]) plures dextrarios et XXXVI armatos viriles et fortes eduxerunt; reliquis omnibus in castro ignem apposuerunt. Et sic cum [3]) magna leticia civitatem suam intraverunt et de die in diem fortunam bonam, a Deo sibi datam, in nullo [4]), sicut viri providi et discreti, neglexerunt. In his omnibus dominus Egbertus et sui filii et consanguinei ductores et propugnatores extiterunt.

In hac belli prosperitate episcopus et Frisones nullo modo comparuerunt, quod exinde erat, quod arbitri adhuc non dederant witam [5]) vel culpam Trentis et istos non absolverant a juramento facte composicionis. Protraxerunt [6]) enim negocium, sperantes adhuc reformare omnia ad concordiam, si forte dicta vexacio eis daret intellectum. Sed induratum erat in istis cor Pharaonis. Et cum hoc post multas competentes admoniciones sensissent, eos manifeste excommunicantes [7]),

---

1) Zoo leest B., in welk handschrift echter aan den kant is aangeteekend: „Mitspete". Matth. leest „Mizspete".

2) B. heeft „in", Matth. terecht „inde".

3) Zoo leest B. Matth. heeft „cum sic".

4) In B. schijnt het woord „nullo" later geschreven te zijn.

5) Zoo is de lezing van Matth. B. schrijft „vitam".

6) B. heeft „contraxerunt" in plaats van „protaxerunt".

7) Zoo is de lezing van Matth. In B. staat „excommunicatos", doch de juiste lezing is later daar aangewezen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsos perfidos et perjuros et infames denunciaverunt [1]), episcopum et Frisones et illorum societatem ab omnibus promissis et juramentis rite absolventes. Quo facto episcopus a Groningensibus et ab omnibus Frisonibus ad arma et ad vindictam novorum et antiquorum malorum per solemnes [2]) nuncios in Frisiam de Trajecto evocatur.

Vocatus venit. Voluntatem Frisonum audit et intelligit. Aliquot staciones indicit, in quibus arbitri manifeste protestati sunt [3]) Covordenses et Trentos arbitrium ipsorum minime servavisse, imo palam venisse contra omnia pacta et juramenta. Unde statim convenitur ad cetum Winenie ab tota Frisia et illic occurrunt nuncii Groningensium et Hunsegonum. Et in eo concordatum est ab omnibus, quantocius illi rebelles et excommunicati duro [4]) bello attemptentur et inpugnentur in diversis locis, sed uno eodemque die hebdomada sequenti [5]). Et omnibus necessariis ad istud propositum sine mora bene dispositis, episcopus festinans ad suos [6]) revertitur. Tres educit et disponit exercitus in suis terminis. Unum a Cunra [7]) et Lenna contra Brokope, qui habuit large quatuor mille [8]) pugnatores Frisones leviores. Per quos nichil factum est, ut digne literis [9]) commendetur. Alium

1) Matth. heeft „denunciarunt".

2) Bij Matth. staat „sollempnes".

3) Het woord „sunt" ontbreekt bij Matth.

4) Bij Matth. ontbreekt het woord „duro".

5) De interpunctie is bij Matth. en Weiland te dezer plaatse onjuist.

6) Zoo leest B. Matth. heeft „sua".

7) B. heeft „Cunra", Matth. „Kunera".

8) B. heeft „mille", Matth. „M". Weiland leest „milia".

9) Zoo leest Matth. B. heeft „libris".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ordinavit contra Stenwyc tantum ad quendam terrorem vel custodiam illius terre, quia pauci erant. Tercium ipse personaliter duxit Anen ad illam paludem et viam contra Covordiam, in qua periit et occisus fuit dominus Otto episcopus pie et laudabilis memorie large cum CCCC viris fortibus et honestis, sicut in anterioribus [1]) plene legistis et intellexistis. Hic iterum episcopus acies suas ordinate et prudenter disponit, que benedictione accepta episcopali in magno commodo paludem transeunt, quia desiccata erat [2]) tota illa estate, et se disponunt [3]) juxta Covordiam cum sexcentis armatis equitibus et cum [4]) quatuor millibus peditum electorum, bene ad hanc viam paratorum. Per quos ipso die, qui erat [5]) Lamberti, in occasu solis, quia toto [6]) die expectaverant de suis trecentos viros, per quos incenderant quandam villam Trentie, inpugnaverunt, vicerunt et ceperunt in quodam veloci cursu ipsam villam et suburbium Covordie, que omnia propter suam novam municionem penitus judicabantur et videbantur inexpugnabilia. In quibus equos, arma, vestes et multa victualia rapientes, nullos ceperunt, sed et [7]) parvulos et mulieres et viros, quos comprehendere poterant, occiderunt; reliqua omnia per appositum [8]) ignem in favillam penitus redegerunt. Et sine dubio in mane sequenti castrum cepissent,

---

1) Zoo leest Matth. In B. staat „superioribus", doch daarboven is de lezing „anterioribus" aangewezen.

2) Matth. heeft „erat", B. „fuerat".

3) Dit is de lezing van Matth. B. heeft „deponunt".

4) „Cum" ontbreekt bij Matthaeus.

5) De woorden „qui erat" ontbreken in B.

6) B. heeft „toto", Matth. „tota".

7) Het woordje „et" ontbreekt bij Matth.

8) B. heeft „appositum", Matth. „apparatum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

si populus, labore et jejunio toto afflictus, ad hospicium suum [1]) Ane per illam maledictam paludem, in qua adhuc ossa nostrorum plurima inveniebantur, non fuisset reversus. Sed summo mane iterum castrum totus exercitus cum episcopo aggreditur, in quo illa nocte tot ascenderant, ut omnino de illo capiendo spes non haberetur. Vidimus eciam contra nos apud Hulsvorde magnas acies Trentonum ipsa nocte [2]) collectas, cum quibus secure confligere non poteramus, cum medio loco essemus inter Hulsvorde et Covordiam, quod nulli [3]) episcopo vel exercitui usque nunc dicitur accidisse. Sed in sero leti ad hospicia Anen propter victoriam priori die habitam revertebamur, sperantes letos rumores nobis appropinquare de duobus exercitibus Frisie. Quos gloriosos, fortes et ad bellum optime apparatos eduxerant [4]) ad duo loca, quia omnes a Stauria usque ad Bordenam [5]) convenerant [6]) super illud funestum Backenvene, reliqua vero pars Frisie a Bordena usque ad Lavicam cum multis militibus [7]) intraverat [8]) Groninge, ut de consilio et auxilio illorum et Hunsegonum inimicos apud Nutzpete [9]) inpugnarent.

Sed, proch dolor! secundo die veraciter intelleximus

---

1) In B. is „suum" later ingevoegd.

2) Matthaeus voegt hier in „esse".

3) Matth. heeft „nullo". In B. is „nullo" veranderd in „nulli".

4) Zoo is de lezing in B. Matth. heeft „eduxerunt".

5) Dit is de lezing van B. Bij Matth. staat „Bornedam" en iets verder „Borneda".

6) B. heeft „convenerant", Matth. „convenerunt".

7) B. heeft verkeerdelijk „millibus".

8) Zoo staat in B., welke lezing echter veranderd is in „intraverunt", zooals Matth. heeft.

9) Matth. heeft „Mizpete"

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exercitum apud Backenvene victum fore [1]) et fugatum, nescio nec dicere volo, quo misero casu. Ubi multi fuerunt vincti [2]) et capti, pauci vero occisi [3]), quorum sanguine illa maledicta palus, en altera vice, inebriabatur. [4]) Quo facto Trenti animati et exaltati tota nocte, quia longa erat, festinantes in tanta multitudine contra nostros prope Covordiam conglobabantur, ut eis cedere cogeremur et exercitum nostrum juxta Hardenberge commode dissolveremus.

Et nota, quod [5]) milites de terra Trajectensi istis omnibus non sunt advocati, quia in hac guerra suprascripta semper inveniebantur timidi et effeminati. Eciam illi de Tuentia non interfuerunt ex eo, quod ecclesie et episcopo in propriis expensis servire noluerunt. Sed omnes de Daventria, de Sallant [6]) et de Vechta in suis expensis pondus illius expedicionis cum multo suo honore et fidelitate sustulerunt.

Oportet autem, ut omnis veritas hujus narracionis inscribatur posteris nostris scire cupientibus. Unde ad novum [7]) pudorem et dolorem nos transferamus.

C. 40. Qualiter exercitus primo victoriam habuerit, sed post succubuerit.

Quintus [8]) noster exercitus, in quo pre omnibus aliis longe major et preciosior nobis spes victorie

---

1) Ik volg hier Matth. B. heeft „foede" in plaats van „fore".

2) B. heeft „fuerunt vincti", Matth.: „sunt nudati".

3) Dit is de lezing van Matth. B. heeft „paucis vero occisis".

4) In B. staat „inebriebatur".

5) B. heeft „quod", Matth. „quia".

6) In B. staat „Sallant", bij Matth. „Zallant".

7) Dit is de juiste lezing van B. Matth. heeft „nominis".

8) Ook deze lezing is aan B. ontleend. Matth. heeft ten onrechte „unitus".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multis de causis habebatur, apud Groninge collectus, die [1]) condicto ad pugnam progreditur. Et in crastino Exaltacionis sancte Crucis adeo viriliter inpugnat inimicos, ut potenter aggerem et munimen destruerent et planarent et cum aliquot centenariis terram illorum intrarent, ubi miro modo hinc inde certatum est et ex utraque parte plures occisi sunt et prostrati. Et tandem inimici, quibus omnibus [2]) incumbebat defensio, quorum sanguis merito [3]) siciebatur, et propter uxores et parvulos suos, quorum vite in nullo parcitum fuisset, et propter perpetuam terre sue destructionem, nostros multo suo dampno expulerunt. Et sic ab invicem separati, mortuos suos et graviter vulneratos ad sua hospicia reportabant, tota illa nocte se ad crastinam pugnam reparantes. Verum [4]) toto illo die Frisones viriliter et honeste, sicut in antiquo consueverant, pugnaverunt [5]), quod multis vulneribus et per scuta, gladiis et lanceis rupta et fracta et miro modo lapidata, poterant comprobare. Sequenti mane Hunsegones cum Groningensibus et quibusdam de nostris Frisonibus Vevelgones vicerunt, et victos nimis persecuti, in redeundo grave dampnum ab eis acceperunt. Per [6]) quem casum quidam de [7]) nostro populo animum pugnandi aliquantulum perdiderunt. [8]) Sed tamen

---

1) In plaats van „die" heeft B. ten onrechte „de".

2) Zoo luidt de lezing en in B. en bij Matth. Doch in B. is aan den kant aangewezen, dat er misschien „omnis" moet gelezen worden.

3) Bij Matth. ontbreekt „merito".

4) B. leest „vere".

5) Matth. heeft „pugnarunt".

6) In B. staat „per", bij Matth. „post".

7) In B. stond „die"; doch dit woord is in „de" veranderd.

8) B. heeft „perdiderant".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tercio iterum apud Nutzpete [1]) acies suas disponere inceperunt, ubi statim contra se invenerunt [2]) gravem multitudinem inimicorum, qui tunc ab omni insultu in diversis locis hinc inde [3]) exhonerati et superbi de victoria habita super Backenvene fuerant conglobati. Ubi cum ipsis erant tota Trentia [4]) et omnis Vevelgonia et totum Langewalt et Frodewalt [5]); et tamen per omnes istos nostris resistere non potuissent, si illi de Thrente [6]) et Henricus de Burclo [7]), cui copulata et data fuit filia Rodolfi cum castro Covordie et dominio Trentie, multos bellicosos viros de partibus Westfalie secum in auxilium istorum ad solidos non adduxissent. Ex quibus omnibus accidit, ut noster populus in primo aspectu aciei sic terreretur, ut ad fugam et reditum versus Groninge inordinate festinarent. Quos capitanei nostri exercitus nullo modo nec [8]) exhortando, nec clamoribus increpando, nec eciam [9]) repercuciendo poterant retinere. Quo viso hostes aggerem transiliunt, fugientes persequuntur [10]); et leve erat eis sine omni difficultate vel periculo

---

1) Dit is de lezing van B. Op den kant is aangeteekend met een jongere hand: „Mitspete". Matth. heeft „Mizpete".

2) B. schrijft „invenerunt contra se".

3) In B. stond „undique"; doch dit woord is doorgehaald en vervangen door „hinc inde", welke lezing ook die van Matthaeus is.

4) Matth. heeft „Trentia", B. „Trenta".

5) Matth. schrijft „Langhewalt" en „Fredewalt".

6) Door een schrijffout staat in B. „Thute" in plaats van „Thrente".

7) Zoowel B. als Matth. hebben „Burdo"; toch is ongetwijfeld bedoeld „Burclo" uit welk geslacht de latere heeren van Coevorden gesproten zijn.

8) „Nec" ontbreekt in B.

9) „Eciam" ontbreekt bij Matth.

10) B. heeft „persequuntur", Matth. „persecuti".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quemlibet capere vel occidere. Unde in nostros, sicut lupi in oves [1]), sine ulla misericordia [2]) deseviebant, plurimos capiendo propter pecuniam, alios occidendo propter inimiciciam [3]); qui postea, dum sepelirentur, computati sunt usque ad sexaginta mortuos. Inter quos periit dominus Hesselus de Lywart, decanus per totum Ostergo, cum undecim sacerdotibus, vir magni consilii et precipue honestatis, largus, beneficus [4]) et valde hospitalis. Quem non multum commendare laboro, quia sua fides et devota obediencia domino episcopo et toti Trajectensi ecclesie notissima extitit, pro cujus honore recuperando proprium sanguinem effudit. Et quis dubitet ipsum et omnes secum occisos, qui [5]) corde contritri et [6]) ore confessi illic ob indulgenciam et remissionem peccatorum [7]) suorum convenerant, quietem in celis et partem martyrii a patre misericordiarum [8]) per interventum beati Martini, pro cujus ecclesie maxima necessitate totum bellum gerebatur, accepisse? Frisones enim isti nec aurum nec argentum nec aliquod feodum pro sallario exspectabant, sed tantum celeste premium, pro quo vitam suam tradiderunt. Et propter illum, qui pro ipsis in cruce pependit et quinque vulnera sustinuit,

---

1) B. heeft terecht „in oves"; Matth. schrijft „vel aves".

2) Zoo leest Matth. In B. schijnt „injuria" te staan; doch de lezing is niet duidelijk. Zeker ontbreekt daar „ulla".

3) Matth. heeft „immisericordiam". In B. stond „injuriam"; doch dit woord is veranderd in „inimicitiam", welke lezing de beste schijnt.

4) B. leest: „largus, beneficus"; Matth.: „largus beneficiis".

5) Zoo leest B. Matth. heeft „quod".

6) „Et" ontbreekt in B.

7) Matth. heeft „peccatorum", B. „peccaminum".

8) In B. stond „animarum"; doch dit is verbeterd in „misericordiarum", zooals bij Matth. staat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsi et flagella et vincula et vulnera plurima, quidam [1]) eciam usque ad mortem [2]); quid amplius dare poterant quam se ipsos? Unde istos judicamus mundo perditos et Deo vel celo acquisitos. Et vere in istis pium est [3]) gaudere Martino [4]) et pium est flere Martinum.

Accidit autem hec cedes apud Nutzpete [5]) anno domini M°CC° tricesimo secundo in vigilia Matthei apostoli et evangeliste et super Backenvene quinto die antequam erat vigilia Lamberti.

---

1) Zoo leest Matth. B. heeft „quaedam".

2) Weiland vermoedt, dat hier het woord „sustinuerunt" moet worden ingevoegd, dat echter noch in B., noch bij Matth. voorkomt.

3) In B. staat „est pium".

4) Zoowel in B. als bij Matth. staat „Martino", welk woord echter door Weiland veranderd wordt in „Martinum".

5) In B. staat „Nutzpete", waarboven geschreven is met een latere hand: „Mitzpete". Matth. schrijft „Mizpete".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf